





Q. D. B. V.  
DISPV TATIO IVRIDICA  
DE  
**NOMINIBVS**  
**ECCLESIASTICIS**

Von

Activ. und Passiv. Kirchen-Schulden,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DOMINO CAROLO**

PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE  
BRANDENB. RELIQYA

IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

**DN. IVSTO HENN. BÖHNERO,**  
ICTO, COM, PAL. CAES. REG. MAIEST. CON-  
SILIARIO AVLICO, PROFESSORE IVRIS ORDI-  
NARIO H. T. DECANO

IN AUDITORIO MAIORI

DIE OCTOBR. A. MDCCXVI.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
**CHRISTIANVS NICOLAVS Scheller,**  
SCHWARTZBURG.

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
OPERIS GRVNERTIANIS. Recusa 1732.

DISPATATIO IARIDICIA  
DE  
NOMINIBAS  
ECCLIESIASTICIS  
AGRA-MUD-PATR-MUD-  
RECTORIE MAGNIFICENTISSIMO  
SEPTENSISSIMO PRINCIPALI DE DOMINA  
PRINCIPLE BARASSIAE MARCIONE  
BRANDENBURG-BEROL.  
IN REGIA FRIDERICIANA  
PARISIENSIS  
DI TAVSTO HEIN. BOHMER.  
TAVSTO, C. PAT. CAES. REG. MARCI. CON.  
SITARIO VARICO. PROFESSORIE IAKOB ORDI.  
NANIO H. DECVANO  
IN ABDITORIO MAIORI  
CHRISTIANAE NICOTIAS GFIHL.  
SCHWARTZIUS  
HABENS LIBRARIAM ETIAM IN SARUMNTT  
SITATO LIBRARIAM ETIAM IN SARUMNTT  
OLAS GRANULITATIS. PROD. ETC.



CAPVT I.

DE

IVRE NOMINVM AB EC-  
CLESIA FACTORVM.

Von

Activ. Kirchen-Schulden.

§. I.



Ihil noui te hic offensurum  
esse credis, qui perfunctorie the-  
matis titulum legis, quin quotidia-  
na, trita, & vbiuis obuia, hic addu-  
tur. Thermatis  
huius utilitas  
commenda-  
tur.  
Etum iri, persuasissimum habes. De  
debitis, nominibus, obligationi-  
bus tot vastissima occurunt vo-  
lumina, vt non necesse sit in dispu-  
tatione, arctis inclusa limitibus,  
eandem doctrinam regustare & recoquere. Haec tamen  
tanti mihi visa non sunt, vt thema hoc spernerem, repu-  
diaremue; saepe vulgarissima tot erroribus vel dubiis im-  
plicata sunt, vt expeditat, illa sub incudem reuocare: imo  
quæ quotidiana sunt, eo magis sunt excutienda, ne iis si-  
miles

A

z CAP. I. DE IVRE NOMINVM

miles reddamur, qui ille, quæ domi rascuntur, despectui  
habent, alienis tantummodo intenti, quæ tantum vel de-  
lectant, vel usum exiguum habent, a foro longe alienissima.  
In primis autem hoc argumentum dignum usum fuit, quod  
dissertatione publica explicaretur, quia scopolis refertis-  
sum, & incertis interpretum opinionibus circumscriptum  
est, ut felices progressus in eo facere nemo possit, nisi præ-  
iudicia ex iure pontificio hausta, manifestentur, & vera a  
falsis sollicitate separantur, quod ea, qua pars est, ingenuitate  
mentis & breuitate expediat.

Nominis ap-  
pellatio quo  
sensu debitatis  
applicata.

§. II. Agendum ergo est de nominibus ecclesiasticis,  
id quod duplice modo intelligi potest, vel quatenus ecclæ-  
siæ ex quoconque contractu debetur, vel quatenus hæc  
aliis debet. Debita hæc veteribus nomina dicta fuere,  
quod debitor nomen suum tabulis solemniter consecratis in-  
scribebat. Tabula debitorum, ait ASCON. in Cicer. p. 77. nomi-  
na dicuntur, præsertim in iis debitis, in quibus hominam nomi-  
na scripta sunt, quibus pecuniae commodatæ sunt. Neque  
vero tantum in mutuo, sed & aliis in debendi causis hic ri-  
tus usitatius erat, ut docet CICERO Lib. IV. ad Atticum epist. vlt.  
scribens: hæc patio non verbis sed nominibus & præscriptio-  
nibus multorum tabuli cum facta esse diceretur. Idem Lib.  
III. de offic. ad fert exemplum venditionis, ubi nomina sole-  
mniter adhibita, aitque: nomina fecit, negotium conficit. Ut  
stipulatio in variis negotiis, ita & nominum usus fuit, que  
duo non raro in iure coniunguntur. l. 1. D. de ann. leg. So-  
lemnia plura æque ut in stipulatione hic necessaria erant,  
que accurate tradit DION. GOTHOFREDVS in not. ad cit. l. 1.  
lit. d. Postea tamen usu communis, qui verborum artifex  
& director est, inualuit, ut quemlibet debito nominum appellati-  
onem acciperent.

Prædicatur  
nominis ap-  
pellatio de  
iure credito-  
ris.

§. III. Prædicatur partim de iure creditoris, partim  
de debitoris obligatione. Priori casu, ea adpellatione omne  
id, quod ex quacunque obligatione licita peti potest, com-  
ple-

## AB ECCLESIA FACTORVM.

3

plectitur. Ait ICtus in l. 6. D. de V. S. nominis & rei appella-  
tio ad omnem contractum & obligationem perinet: item si no-  
men quis legauerit, id quod in actionibus est, legatum intelligi-  
tur. l. 49. de leg. 3. Porro si nomen legetur, benigne id, quod  
debetur, accipendum est, ut actiones aduersas debitorem ce-  
dantur. l. 44. §. 6. de leg. 1. Hoc intuitu quoque creditor no-  
mina facere vel contrahere dicitur, quo ius eius, quod ex ob-  
ligatione debitoris habet, denotatur. *Nomina facturi*, ait  
SENECA Lib. I. de benef. c. 1. diligenter in patrimonium &  
suo debitoris inquirimus. Tutor dicitur, *ex re pupilli nomina*  
*fecisse vel contraxisse*, l. 52. pr. de pecul. l. 16. de administrat. &  
pericul. tutor. l. 39. §. 14. eod. l. 24. de usu & usufr. legat. & pre-  
terea aliis variis appellationibus ius creditoris demonstra-  
tur, velut dum dicuntur: *nomina prosequi* l. 5. de pecul. leg.  
nominum executionem facere l. 34. de administ. & per. tutor.  
*nomina cedere, vendere, dividere, delegare, expungere, agno-*  
*scere, probare, totam forunam in nominibus habere*, l. 40. §. 8.  
*de statu liber.*

§. IV. Verum non de quibusuis, sed de ecclesiastica Per abusum  
nominibus hic tantum agitur, sive que ecclesia fecit. Equi-  
dem quid nomine ecclesia veniat, alias fatis notum expedi-  
tumque est: olim vniuersitatem fidelium denotabat, & ita  
*nomina ecclesiastica* sunt *nomina vniuersitatis*, de quibus va-  
let assertum ICti in l. 7. §. 1. quod cuiuscunque vniuersit. nom.  
si quid vniuersitati debetur, singulis non debetur, nec quod de-  
bet vniuersitas, singuli debent. Destinata erant olim gene-  
ratim bona ecclesiastica ad usum pauperum, adeo ut clerici  
non alio quam indigenie titulo inde alerentur; inde patri-  
monium pauperum & JESV CHRISTI dicta fuere. Hanc  
appellationem retinuerunt, etiam si ex postfacto patrimoni-  
um pauperum esse desierunt c. 34. de elect. in 6. c. 16. X. de pre-  
bend. & dignit. c. 1. & 2. c. 12. q. 2. l. 126. C. de S. S. Eccl. Sicuti ve-  
ro bona ecclesiastica postea facta sunt bona clericorum, qua-  
talium, ita quoque *nomina ecclesiastica* iure pontificio sunt,

A 2

que

nomina ec-  
clesiast. cen-  
sunt nomi-  
na clericor-  
rum.

que ad vniuersitatem clericorum, qua talium, spectant. Ex depravato sensu enim ecclesia est in clero constituta, vt hic ecclesiam constitutat atque representet, vt Imperans rem publicam. Ita FLODOARDVS Lib. II. Hist. Remens. c. 5. censet, & notum est, ait, vt sicut Sacerdos habet, quod ecclesia dimisum est, & ecclesia habeat, quod relinquitur Sacerdoti. Idem ingenuo fatetur GALESIUS ad c. i. de restit. in integr. in 6. n. 57. atque ecclesiam lesam dici, quando clerici in redditibus ecclesiasticis lesi sunt, adeoque in effectu clericos restitui. Et cui ignotum est, interpres Iuris Canonici plerosque, quando de dominio honorum ecclesiasticorum disputant contenduntque, illud vel Papæ vel in genere clericis attribuere, vt nonnulli paulo faniores esse videantur. vid. SARMIENTO de reddit. eccles. P. i. c. 1. n. 14. in fin. GONZALEZ. adc. 2. X. de reb. ecclesiast. non alien. n. 2. in fin. que omnia docent, si ex communī Canonistarum sententia esse statuendum, nomina ecclesiastica nihil aliud esse quam nomina clericorum.

Inter protestantes potius tribuunt ecclesie, nec eam in ordine clericali, sed in vniuersitate christianorum ad eandem confessionem se adstringentium, querunt, adeoque illis nomina ecclesiastica sunt, quæ sunt in patrimonio vniuersitatis alicuius ecclesiastice, & sic sub dispositione administratorum, quorum periculo quoque sunt. Neque enim illorum reditus semper Ministrū illius ecclesiastice debentur: ad varia alia onera, ad que subeunda alias ecclesia obligata foret, destinati sunt, & sic toti vniuersitati per indebetum profunt, quod hæc alias talia onera ferre deberet. Vnde quoque toti vniuersitati interest, hæc bene collocari, ne male contracta pereant.

Vox ecclesie tamen latius patet & sic quoque nomina ecclesiastico-rum appellāti. §. VI. Sed latius quoque vox ecclesie serpit, nec in vniuersitatibus, de qua diximus, conceptu subsistit. Iam olim tempore IUSTINIANI, iura ecclesiastica data communicata erant domibus Religiosis, vt vocantur, h. e. Xenodochiis, ptochotrophia, orphanotrophia, monasteria masculorum & virgini-

## AB ECCLESIA FACTORVM.

5

ginum, brephorophis, gerontocomiis & nosocomiis, iuxta l. 23.  
 pr. C. de S. S. Eccles. Hæc instituta generatim pia vocantur,  
 cum eundem olim scopum cum ecclesiis haberent, & in universum curam pauperum gererent. Inde appellatio pia cau-  
 sa inualuit ad modum ecclesiæ, postquam fucata pietas h. e.  
 supersticio mirum in modum propagata & prorogata est.  
 Nec dubium est, quin quævis iura, quæ nominibus ecclesiastici  
 vulgo tribuantur, etiam ad pia quevis corpora applicari  
 possint, cum pari cum ecclesiis iure fruantur, modo cauea-  
 mus, ne spuriæ species, more quorundam interpretum, hoc  
 referamus, quas a veris & genuinis non sollicite TIRAOVEL-  
 LVS de priuileg. causarum piarum distinguit, & promiscue  
 quoque congerit MANZIVS in speciat. in iur. commun. voce  
 pia causa. Neque enim causa dotis, alimentorum, libertatis,  
 destructionis monumenti, & eius quod legatur meretrici, ut  
 ad frugem redeat, pia causa adnumerari debet, vtut pleri-  
 que eas species quoque genuinis inepte adiungant. Reciuis  
 hoc referuntur ergasteria seu sceleratorum, qui in Republi-  
 ca quietem pacemque turbant, purgatoria, valetudinario-  
 rum & morbo animi laborantium receptacula, Invalli-  
 den-Häuser, scholæ, academiæ &c. Denique hoc addo,  
 ipsam ecclesiæ appellationem variis institutis applicari, ad-  
 eoque sub appellatione honorum ecclesiasticorum, iura, redi-  
 tus, pensiones, & sic quoque nomina eorum institutorum,  
 comprehendi. Catalogum horum bonorum sicut pax Osna-  
 brugen sis art. V. §. 14. & 25. ut sunt Archi-Episcopatus, Episco-  
 patus, prælature, Abbatiae, Baliuæ, præpositure, com-  
 mendæ, liberae fundationes seculares, capitula, monasteria,  
 collegia, templo, fundationes aliae, Schole, Hosptitalia, sodali-  
 tia varia &c. quæ species nec inter Protestantes respectum  
 ecclesiasticum amiserunt, si exceperis, quæ secularem ad-  
 sumferens qualitatem, & pristina hoc modo priuilegia  
 amisere.

A 3

§. VII.

Fundamenta  
spuria, ex qui-  
bus nominis  
ecclast.

§. VII. Ceterum nomina ecclastica plura cum aliis nominibus iura habent communia, que haud tangam. Singularia tantum enarrabo & examinabo iura, que magno quidem cumulo, sed sine sufficiente ratione, a Dd. adferri solent. Nec hoc mirandum, cum generatim adstruant axioma: causas ecclasticas esse fauorabiles, summam esse rationem, que pro religione facit, adeoque vbiique ecclastis & piis causis esse fauendum. Ita censetur vschius lit. A. concl. 333. lit. P. concl. 337. & lit. R. concl. 134. additque has lepidas rationes, quod que Spiritu DEI reguntur, non sint sub lege, quod summa ratio sit, que pro anima facit. Inde infert, in dubio semper pro pia causa iudicandum, & quando sumus in diuersis opinib[us], illam praeualere, que faret p[ro]p[ter]e causae, plus p[ro]p[ter]e causae fauendum esse quam filii, in iis qua liberis sunt debitis a parentibus; fauorem libertatis, fisci, dotis que etiam pertinere ad pias causas, quarum fauor adhuc maior est. Magis lepide, ne quid grauius dicam, philosophatur PAVLVS DE CASTR. in l. sancimus 22. C. de SS. eccl. tradens hanc regulam: perpetuo mente tenendum, ut quando allegatur contra te aliqua lex, que loquitur in ecclastia, si non occurrit aliqua congrua responsio, poslit dicere, quod sit speciale in ecclastia. Sed rarius allegantur leges, ut plurimum somnia, tradita & opiniones interpretum adferuntur, que vnic[em]e hac sola ratione firmantur, quod speciale sit in ecclastia, quod utilitas ecclastie h. e. cleri, sit supra lex ecclastica, adeoque in eius commodum a regulis iuris recedendum.

Fundamenta  
genuina in  
hac doctrina  
obseruanda.

§. VIII. Hæc sententia monstra opinionum peperit in causis ecclasticis & sic etiam in nominibus ecclasticis, quos scopulos ut euitemus, hæc paucis fundamenta praemittenda esse censui. Habent ecclastie & pia corpora, sicuti aliae vniuersitates, sua priuilegia, que fauores in iure nonnunquam vocantur l. 42. D. de administ. & peric. Tut. l. 74. desire dot. Hinc libertas omnibus rebus fauorabiliore esse

## AB ECCLESIA FACTORVM.

esse dicitur in l. 122. D. de R. J. quia priuilegia ecclesiis & piis causis data, optima & plura sunt, ecclesie *omnibus rebus* favorabiliore*s* dici possunt, adeoque quæ in iure in genere de *causis fauorabilibus* afferuntur, suo modo ad ecclesiastica negotia & nomina applicari possunt. Huc pertinet, Quatenus eccl<sup>esi</sup> fauoritatem *benigniores sententias exposcat, & suadeat,* l. 32. §. vlt. ad l. Falcid. l. 17. §. 3. D. de manum. testam. l. 14. de legat. 2. l. 24. §. 10. de fideic. libert. hoc est, quod quoties dubia interpretatio voluntatis vel dispositionis occurrit, illa arripi debet; quæ magis fauet ecclesiis & piis causis, sicuti idem obtinet in libertate: talem enim interpretationem dispositionum humanarum exposcit fauor rei: similiter fauore ecclesiarum multa singularia in iure sunt constituta, sicuti fauor libertatis multa specialia iura produxit. Ast fauor hic non eo debet extendi, ut noua iura specialia fingere, & vbi que extensiones a regula formare necesse vel permisum sit, quoties in iure tale priuilegium deficit. Iura singularia sua natura sunt *exceptiones a regula*: huic autem tamdiu insitendum, donec exceptio ex iure probata fuerit, quæ colligi minime potest ex solo rei fauore, quippe qui ostendit, tale ius constitutum potuisse, non autem constitutum esse, quod posterius probandum. Præterea iura singularia sunt stricte interpretationis, non admittentia interpretationem extensi<sup>am</sup> l. 14. D. de LL. Quomodo ergo causis & speciatim nominibus ecclesiasticis dari potest priuilegium, de quo leges silent? Vnde reprobanda sunt argumenta, quæ ducuntur a priuilegiis fisci, militiae, dotis, alimentorum adpias causas, & nomina ecclesiastica, nisi quatenus per leges hæc speciatim illis communicata sunt. Denique illud quoque non negligendum, rationes Doctorum, qui iura singularia nominibus ecclesiasticis attribuunt, esse ponderandas, quæ sepe ex peruerso conceptu ecclesiæ fluunt, & quamuis in foro pontificiorum, hisce principiis innutitorum, applausum forsitan inueniant, in foris tamen nostris haud sunt toleran-

lerandæ, sed potius illæ rationes tantum admittendæ, quæ statui ecclesiæ nostrarum congruant. Quis admittet in foris nostris, pecunias ecclesiasticas esse patrimonium pauperum, vel IESV CHRISTI? quamuis ab hac ratione non abstineat CARPOV. in Iuris pr. Ecclesiæ. Quis affteret, ecclesiæ esse Rem publicam & habere ius fisci? Quis admittet, ecclesiastica nomina esse *nomina clericorum*, pro *anima* constituta, legata, data? qua ratione tamen sæpe vtuntur Canonistæ.

Vnde na-  
scuntur no-  
mina eccl-  
esiastica.

Contrahan-  
tur nomina  
vel ab ipsa  
ecclesia,

§. IX. Hisce prælibatis, ad ipsorum nominum ecclesiasticorum h. e. ab ecclesia contractorum iura deueniamus. Hæc nascuntur variis ex causis, potissimum vero vel ex titulis inter viuos, vel ultimæ voluntati. Illuc pertinent *contra-  
ctus*, quæ *contractus* aliaue *paœta*, tam *onerosa*, quam *gratuita*, seu *lucrativa*, adeoque etiam nomina, quæ *titulo donationis* in ecclesiæ conferuntur, huc suo modo pertinent, quatenus certam quantitatem pro scopo habent. Talia enim debita primario ad nostrum scopum spectant. Huc vero pertinent legata nominis vel m. c. donata ecclesiæ, quæ tamen communia legatorum ad pias causas priuilegia habent.

§. X. Nomina ipsa contrahuntur vel ab ecclesia ipsa, vel per alios. Prius contingit, quando hi, qui repræsentant ecclesiæ, eiusque faciem & personam gerunt, nomen ex quacunque causa onerosa contrahunt, sive pecuniam elocando fœnori, sive locando prædia ecclesiastica, & mercedem certam stipulando &c. Habent ecclesiæ plures talia collegia, ad exemplum Presbyterorum, in primitiua ecclesiæ existentium, quos laicos vocare solent, quoniam non docebant, sed alias coœtui prærerant. *Timoth. V, 17.* In Belgio potissimum aliisque ecclesiæ reformatis huiusmodi *presbyteria* deprehenduntur, a ministerio diuersa, quæ quidquid faciunt, ecclesia fecisse intelligitur. Non eadem est ratio *pastorum* & *ministrorum ecclesiæ*, quæ *ecclesiæ* apud nos non constituent, vti apud pontificios, adeoque factum eorum,

## AB ECCLESIA FACTORVM.

eorum non est factum ecclesiae. Diuersa forsan est ratio  
Prælatorum & Episcoporum; hi iam a tempore CYPRIANE  
ecclesiam constitutere dicti fuerunt, quod dogma per se-  
quentia adeo propagatum est, ut inde Episcopi circa  
bona & pecunias ecclesiasticas liberrimam ac instar domi-  
norum dispositionem acceperint, & præterea ius omne cir-  
ca sacra ad se traxerint. Censetur hæc administratio pars  
legis diæcesanæ, quæ instar superioritatis territorialis ecclesiasti-  
cæ est, adeoque non mirandum, si nomina ab illis con-  
tracta, ab ecclesia contracta censeantur, cum ipsi secundum  
excellentiam, vel potius per abusum ecclesia dicantur, quam-  
uis in causis majoribus & arduis ad consensem capituli hinc  
inde obstricci sint. Eadem facies rerum sere in terris Prote-  
stantium quoque est, ut factum Prælati, præpositique in  
rebus & negotiis ecclesie habeatur pro facto ecclesiastico,  
nisi capitulationibus potestas eorum restricta sit.

§. XI. Frequentius tamen est, ut nomina ecclesiastica ab aliis contrahantur. Sunt ecclesiæ, ceteraque pia corpora, *uniuersitates*, quæ aliorum auxilio diriguntur, & bus. suis administratoribus instructæ sunt. Præter hos aliquando *particulares* sunt *administratores*, quoad certa tantum nomina, veluti in testamento legata, constituti, quos *executores testamentarios* vocant, vel simpliciter *die Testamentarien*. Multum sane resert, quis nomen fecerit, præfertim quando de periculo eius queritur. Hoc satis prouide in multis *ordinationibus ecclesiasticis* constitutum, ut administratori cuiunque non sit facultas nomen contrahendi absque præscitu Pastorum vel etiam Patroni. Denique vbi *Patroni* pecuniarum ecclesiasticarum dispensationem ha-  
bent, vt multi in Marchia, nomina ab iis contracta, me-  
rito quoque eorum periculo sunt, cum plus iuris in bona ecclesiastica, quam ceteri administratores, si exceperis Patronos nobiles immediatos Imperii, fibi arrogare ne-  
queant.

B

§. XII.

**A**dministra-  
tores ærarii  
ecclesiastici  
fœnori expo-  
nere iuben-  
tur pecunias  
ecclesiasticas.

§. XII. Quemadmodum vero ad officium tutoris pertinet, pecunias pupillares fœnori exponere, adeo, vt, si commodam occasionem nactus, id non fecerit, ipsemet ad usuras, quas acquirere ab aliis omisit, condemnetur; *L. 7. §. n. l. 13. §. 1. & l. 15. de adm. & pér. tut.* ita quoque administratores ecclesiæ pecuniam ecclesiastica otiosam relinquere non debent, adeoque ex necessitate illis incumbit, ut eiusmodi nomina contrahant. *CARPZO V. Lib. 2. Iurispr. Consil. def. 319.* Ita quod olim prohibitum & vetitum erat, apud nos in necessitatem est tractum. Olim enim clericis & ecclesiis usuras accipere plane interdictum erat, quamuis sub his id, quod interest, nec annui redditus comprehendenserunt. Sed postquam in recessibus imperii usurae iuris legitimi effectum acceperunt, & præterea ecclesiæ pupilli in nonnullis exequantur, hæc nominum contrahendorum necessitas administratoribus imposta est. Sed & in eis præxeos hodiernæ a primæua disciplina ecclesiastica differentia est, quod secundum hanc pecuniæ ecclesiastica unice usibus pauperum adplicantur, non vero, vt hodie sit, corraderentur, vt plura inde nomina lucrosa contrahi possent. Iamdiu enim desierunt esse patrimonium pauperum, adeo vt vix integrum administratoribus sit, pauperibus, auxilio ecclesiæ egentibus, gratis elocare pecuniam. Equidem *CARPZO VI. vs. L. c. praxi* n. hodiernam inde legitimat, 1) quod ordinationes ecclesiasticæ id inbeant: 2) quod curatores ærarii ecclesiastici tutoribus & curatoribus æquifparentur, & ecclesia horum iure gaudet. Iam autem constat, tutores hodie contra *Nou. 72. c. 6* pecunias pupillares fœnori exponere debere: 3) quod ecclesia usuras non vt tales, sed vt interesse, accipiat, quod longe favorabilius usuris censetur, ex doctrina PANORMITANI, aliorumque canonistarum. Equidem priores duas rationes admitto, sed vt ad tertiam recurratur, non est necesse, quam pontifici eum in finem tantum excoitarunt, vt usuras suas legitime

## AB ECCLESIA FACTORVM.

ii

timare possent. Magnum vtique est discrimen inter id, quod  
 interest, & vſuras, ipſo fatente CARPOVIO L. 4. Ref. 50. n. 2,  
 ſeqq. nechæ in nominibus eccleſiaſticiſ aliam induunt fa-  
 ciem, ac quidem in nominibus aliorum hominum; nec neceſſe  
 eſt ad hoc ſubterfugium recurrere, poſtquam ſatis eu-  
 ſtūm & conſlānatūm eſt, vſuras per ſe iuri diuino non ad-  
 uerſari, vt plenius oſtendunt GERHARDVS NOODT de fānōre  
 & vſur. Lib. I. & PETRVS HEIGIVS Lib. II. queſt. i. Nec hæc  
 obſeruatio caret uitilitate, cum iura eius, quod interest, ab  
 vſurārūm iurib⁹ longe diuerſa ſint. Poſtquā ergo hodie  
 facies rerum eccleſiaſtīcarum mutata eſt, iura eccleſiaſtīca  
 hodierna quoque ſecundum hanc ſunt accommodata.

§. XIII. Multum quoque prouidentiae curatores ad- Periculum  
 hibere debent circa conſeruationem nominum eccleſiaſti- nominum  
 corum, exemplo tutorum, ad quorum periculum nomina, qua ratione  
 que ipſi contraxerunt, ſpectant. vid. RICHT. de iure & pri- incumbat  
 uil. creditor. cap. 4. Sect. 1. n. 104. ſeq. Quodſi itaque negli- curatoribus  
 gentes in exigendis nominibus fuerint, & debitores interim arari ecclē-  
 non ſoluendis facili ſunt, eo nomine tenentur. Nec diſtin- fiſtici.  
 guendum hic eſſe arbitror, vtrum nomina ab ipſo admini-  
 ſtratore, an vero ab eius p̄deceſſore contracta fuerint.  
 Quamuis enim tutor in nominibus a ſe contractis culpm̄ teuem, in iis autem, que a patre ſecta ſunt, culpam tantum latam p̄ſtare, & priori caſu tutor probare debeat, ſe in culpa non fuile, posteriore autem probatio culpæ latæ pupillo incumbat; l. 2. & 7. C. de arbit. tutel. BRVN. ad l. 18.  
 C. de admin. tut. hoc tamen diſcriben hic ad applicari ne-  
 quit. Nomina, que ipſe pater contraxit, proprio nomine  
 fecit, & ita idoneum debitorem elegiſſe cenſetur, adeo-  
 que tutor excuſatur, ſi voluntati patris ſtetit. Aſt que no-  
 mina eccleſiaſtīca a p̄deceſſore administratore contracta  
 ſunt, itidem nomine administratorio contracta ſunt, in qui-  
 bus eadem p̄ſumtio diligentia, vt in parte, non militat,  
 cum plerique plus diligentia rebus propriis quam alienis

B 2

ad-

adhibeant. Quia cum ita sint, generaliter concludo, indistincte curatorem ærarii ecclesiastici culpam leuem circa nomina, tam a se, quam a prædecessore contracta, præstare, & simul probare debere, sua culpa hæc non esse facta inidonea. Hunc unicum casum excipiendum esse censeo, si non prædecessor eius, sed ipsa ecclesia, vel qui eam representant, nomen contraxerint, & deinceps curatori ærarii ecclesiastici curam huius nominis commiserint, quo casu distinctio antea adducta commode applicari potest, ut præfectus ærarii ultra culpam latam non teneatur, & ecclesia simul probare debeat, eius culpa nomen interisse. Habuit enim iustam credendi causam, nomen satis idonee ab ecclesia esse contractum.

Quatenus  
nomina a de-  
bitore tuto  
solvi possunt,

§. XIV. Cum ergo curatores nomina quoque exigere possint, non immerito dubitatur, an debitores etiam illis tuto solvere queant? Quid enim, si exactam pecuniam in proprios usus converterint, & postea bonis cesserint, ut ecclesiæ periculum amittendi nomen immineat? Hoc sane expeditum est, pupilos & minores contra tales solutionem in integrum restitui posse per l. 1. C. si aduersus solut. & iot. tit. C. si tutor, vel curat. interu. & cum ecclesiæ quoque beneficium restituendum habeant, & iure minorum fungatur, cap. 1. & 3. X. de in integr. restit. iii quoque hoc casu restitutio denegari non posset. Ut ergo plenissima securitas solutionem sequatur, disposuit Imperator in §. 2. I. quibus al. licet vel non, ut iudicialis sententia, vel decreum, solutionem precedat, quo facto, debitor tutori secure soluit. Evidem alias decretum iudicis, cause cognitione interueniente, restitutio non tollit, ut plenus euincit SIMONCELLVS de decrevis in contract. minorum adhibend. L. 3. Tit. 7. n. 8. Sed hoc restringendum ad contractus, qui libera voluntate inter contrahentes celebrantur, in solutione autem nominis, debitorem excusat præceptum ac mandatum iudicis, cui parere necesse habuit. BERLICH. dec. 78. n. 5. Proinde sola autoritas

toritas iudicis non sufficit, sed *præceptum de soluendo accedere* debet. E contrario vero non necesse est, ut post *mandatum de soluendo*, debitor iudici contradicat, resistat, & iudex denuo, contradictione non obstante, ei solutionem iniungat, prout contendit BERLICH. l. c. n. 3. cum id nec verba nec ratio constitutionis Iustinianae desiderent: licet enim adserat, debitorem, si non contradixerit mandato iudicis, non videri *coacte* soluisse, talis tamen irrationabilis *coactio* in legibus non supponitur, quin potius, qui mandato iudicis simpliciter parent, non *sponte*, sed quodammodo *coacte* id fecisse, recte dicuntur. Hæc omnia ad eos, qui curatoribus curari ecclesiastici secure soluere volunt, etiam applicanda sunt, quoniam aliter *restitutionem in integrum contra factam solutionem* evitare nequeunt, & sic necesse est, ut iudicis ecclesiastici *mandatum de soluendo*, præcedat, cum huius cognitioni subiiciendum sit, *vtrum solutio fieri debeat?* Ceterum hoc decretum non est necessarium, 1) si debitor nomen soluat his, qui representant ecclesiam, quia sic omnis restitutio cessat. 2) Si soluenda sunt illa debita, quæ statim temporibus debentur, vel alias absolutam præstundi necessitatem habent, ut sunt annui reditus, vñsuræ, pretiarum venditarum, pensiones ex prædiis ecclesiasticis locatis, in quibus lex statim solutionem vrget & iniungit.

§. XV. Variant vero iura singulorum locorum in contrahendis nominibus obseruanda, dum in plurimis locis ecclesiastica singularia quedam requisita desiderantur, absque quibus vel sint contrarie nullum vel non plenum effectum habent. Sic in Sachsen alibique, in *constitutione hypothecæ rerum immobilium loci*, pro securitate contracti nominis *confirmatio iudicialis* exigitur, qua deficiente, nec contra tertium possessorum valide agitur, nec in concursu creditorum, creditor inter hypothecarios collocatur. Inde quæstio emergit, *vtrum nomina ecclesiastica præcise illa solemnia quoque desiderent, que secundum statuta loci contractibus celebrandis sunt præ-*

scripta? Negant hoc vno ore pontificii, obseruantibus  
 TVSCHIO Litt. F. conclus. 87. n. 1. & MANZIO in Special. iur.  
 comm. Voce: *pia causa* n. 8. quod eo minus mirandum, cum  
 etiam clericos ab his solemnibus statutorum laicorum libe-  
 rent. Vid. FRANCISCVS NIGER CYRIACVS in contro-  
 uersa forensi 140. ALEXANDER Vol. 2. conf. 211. n. 5. Rationes  
 has proletarias adducunt, 1) quod nulla sit secularis protesta-  
 tis iurisdic̄io in ecclesiam & clericos, adeoque lege sua il-  
 los stringere nequeant: 2) quod ita iudices ecclesiastici co-  
 gerentur iudicare secundum leges seculares, cum potius 3)  
 ecclesiarum causa ex iure canonico sint decidenda. Equi-  
 dem ha rationes protestantes non stringunt, inter quos  
 clamatum est, ecclesiam, ut corpus aliquod, esse in &  
 sub republica, & sic in negotiis secularibus, legibus cetero-  
 rum ciuium communibus stringi, nisi speciarim excepta fu-  
 erit. Cum vero in contractibus rarissime excepta inuenia-  
 tur, nec nomina, ab ea contracta, plenum effectum aliter  
 fortiri queunt, quam si iuxta *leges prouinciales* facta fuerint:  
 Diuersum forsan esset dicendum, si tantum in *statuto oppi-  
 dano* illius loci, vbi ecclesia est, ius quoddam peculiare con-  
 trahendis nominibus esset prescriptum, quod vel ideo non  
 stringeret ecclesiam, quis magistratu oppidano non subest,  
 sed legibus Principis prouincialibus. KLOCK. de contribut. c.  
 12. n. 99. Dn. de LYNCK. de statut. ciuit. prou. §. 16. p. 46.

Nominibus  
 ecclesiasticis  
 vulgo tribu-  
 unt priuile-  
 gia fisci.

§. XVI. Ante omnia vero de priuilegiis, quae vulgo  
*nominibus ecclesiasticis* tribui solent, dispiciendum est. In-  
 ter hæc primum est, quod *prioritatem & priuilegia fisci* ha-  
 bere credantur, ex eratione, quod ecclesia pari & æquali  
 iure cum fisco gaudeat, ita ut omnia priuilegia, quæ fisco  
 competunt, ecclesiæ quoque competant, & ab illis recte  
 argumentum trahatur. vid. SCHVLTES. in addit. ad Mo-  
 deſt. Pil. P. 3. quæſt. 129. n. n. MEV. P. 5. dec. 319. n. 5. TV-  
 SCHIVS lit. F. concl. 395. MANZIVS cit. tral. voce: *Pia cau-  
 sa* n. 55. ANTONIVS FABER in Cod. L. I. Tit. 9. def. 20. n. 20.  
 OLDEN-

## AB ECCLESIA FACTORVM.

18

OLDENDORP. de iure singulari sub rubrica de priuile. pie  
caus. priu. 17. & 28. RICHT. de priu. Cred. c. 2. membr. s. n. 50. Ra-  
tio primaria a pontificiis, quos nostrates incaute sequun-  
tur, ex statu ecclesiæ deducitur. In eo quippe conspirant  
omnes, ecclesiam peculiarem esse rem publ. a seculari distin-  
ctam, imo eadem superiorum, & consequenter eam habere  
fiscum, confisctionem, familiam armatam, & territorium,  
vt ait RVSCHIVS lit. E. concl. g. n. 7. Hoc supposito, ærarium  
ecclesiasticum ad instar fisci esse videtur, eique iura fisci  
communicanda sunt. Et quamvis hæc ratio non ad æra-  
rium quarumcunque ecclesiarum, sed cathedralium tantum,  
in quibus episcopus resideret, pertinere videatur, tamen pro  
his etiam alia in promtu est, quod ecclesie adhuc sint fa-  
vorabiliores ipso fisco, & sic merito eius iuribus frui debe-  
ant.

§. XVII. Inde concludunt, 1) tametsi alias creditor, Conclusiones  
qui agit hypothecaria contra donatarium, probare debeat, plures inde  
rem sibi prius fuisse obligatam, quam aduersario donatam, tradi solent.  
quia alias hypothecam habere non potest; in nominibus  
tamen ecclesiasticis donatarium probare debere, prius fa-  
ctum fuisse donationem, quam hypothecam pro nomine  
ecclesiastico constitutam, idque ideo, quod in l. i. C. de Iure  
fisci idem in fisco constitutum sit, vid. MANZ. cit. tr. voc. Pia  
causa n. 55. Similiter 2) si reperiuntur duo instrumenta,  
eodem die confecta, nec constat, vtrum illorum sit prius,  
posterior, presumendum tamen esse, instrumentum, fa-  
ctum in favorem pie causæ, fuisse prius confectum, vt ius  
nominis ecclesiastici præferendum sit, per cit. leg. i. ideo,  
quod pia causa & fiscus æquiparentur. vid. TIRAOVEL-  
LVSPIAR. caus. priu. 126. 3) Vt fiscus in bonis omnium illo-  
rum, cum quibus contraxit, hypothecam tacitam habet, l. 2.  
C. in quibus caus. pign. vel hypoth. tac. contrahitur, ita & simi-  
liter hypothecam ecclesie & pie cause in debitorum &  
illorum, quibuscum contraxit, bonis dari censem. TIRAO-  
VELL.

QVELL.



QUELL. cit. tr. priu. 149. & 143. Dn. HORN. Clas. XI. Resp. 30.  
quo supposito, etiam *ius prioritatis* ecclesie non denegandum iis in casibus, in quibus fiscus habet. 4) Licet vel maxime quis habeat anteriorēm hypothecam generalem, in bonis præsentibus & futuris, in bonis tamen post contractum quæstis, ecclesiam præferendam esse exemplo fisci, cum argumentum hoc a fisco ad ecclesiam frequentissimum sit, & in omnibus procedat, nisi in iure contrarium reperiatur expressum. TIRACQUELL. cit. l. priu. 143.

**Argumen-**  
**tum a fisco**  
**ad nomina**  
**ecclesiastica**  
**reprobatur,**

§. XVIII. Verum tædet congerere plures conclusio-  
nes, quæ ex hoc fonte putido fluunt. Iam animaduertit  
CASPAR. KLOCK. tom. 2. conf. 40. n. 176. æquiparationem fisci  
cum ecclesia nulla lege tam precise factam esse, ut omnia,  
quæ fisco tributa sunt, ecclesias adscripta intelligantur,  
sed ex Doctorum opinionibus proficiunt, qui legis con-  
denda potestatem non habent, & in prædicandis, vt ait,  
ecclesias prærogatiis sæpe immodici fuerunt. Pergit ve-  
ro recte: quenammodum etiam plerumque insigni amphibo-  
logia usi & nonnunquam decepti sunt, dum ea, quæ de favore  
ecclesie, quatenus propriæ cætum fidelium & membra Christi  
significant, recte dici possunt, ad particulares, ut vocant, eccle-  
sias, imo ad bona earundem mero secularia adaptarunt, nobis  
vero certum sit, ecclesiam uti iure communis, nisi specialiter  
reperiatur priuilegiata, ab eo, qui potestatem habet priuilegia  
conferendi: ita tacitam hypothecam non induci, nisi in casibus  
a lege expressis. Quin & Tiraquellus, qui ex professio conges-  
si priuilegia pœ cause, nullam huius priuilegii mentionem  
facit, & sine legum dispositione vel Doctorum decisione non fa-  
cile aduerfandum quidpiam. Inde porro n. 179. exhiban-  
dum esse Beutberum existimat, qui ecclesiam generaliter  
omnibus creditoribus præfert, ineptissimo argumento a  
pupillis & minoribus ducto, cum tamen neque pupillus  
neque minor ratione pecuniæ suæ, aliis mutuo date, priu-  
ilegium habeat, vid. HARTM. PIST. obseru. 68.

§. XIX.

§. XIX. Omni præterea robore destituuntur dissentientium argumenta: quæ in uno vel altero comparantur, fundamenta non statim proorsus sunt eadem iisdemque fruuntur iuribus, dissentienti contra quam regulam tamen interpres sæpiissime peccant. Imo ne quidem æquiparatio fisci cum ecclesia in illis deprehenditur textibus, qui hunc in finem allegari solent; nam cap. 8. X. de in integ. ref. quod adducit KLOCK. l.c. n. 176, hanc minibus eccl. æquiparationem non habet, & inepte fiscus ecclesiis tribuitur. Sunt haec ex sua indole universitates & collegia aequalia, in republica ita constituta, minime vero species reipublicæ, adeoque nec fisci priuilegia sibi vindicare possunt. Nec pontificiorum doctrina supra adducta universitas est, cum quod de fisco & territorio ecclesiastico adferunt, ad episcopos & Prælatos, regimini ecclesiastico cum iure sacerorum præfectos, restringant, nec singulis capellis, ecclesiis parochialibus, aliisque piis corporibus fiscum tribuant, quemadmodum singulæ ciuitates, villæ & pagi aut alia soliditas fisci iure non gaudent, ideo quod princeps in republika illud sibi adserit. Proinde in terris Protestantium ab hoc arguento omnino abstinendum est, ni summan velimus committere absurditatem. Neque iis assentendum est, qui ad lubricum consuetudinis & obseruantie fundatum confugint, animaduertentes, se ad reiectum argumentum prouocare non posse. Id tamen nihilominus KOEPPEM. dec. 48. n. 25. animis credulorum insinuare voluisse videtur, aiens: præterea quæ hactenus de prælatione fisci dicta sunt, eadem etiam ex generali consuetudine & obseruantia ad ecclesiæ scholarum & xenodochiorum debita extenduntur, videmus enim quotidie prædictas & similes causas pias, in bonis debitorum, alii creditoribus non secue ad fiscum præferri, quamvis iure communis dispositum expresse non reperiatur, prædictas causas pias in bonis debitorum hypothecam vel priuilegium habere. Facile liquet, autorem in ea fuisse opinionem, communem Doctorum sententiam, consuetudinem & obser-

Nec obser-  
uantia con-  
traria hic ad-  
duci potest.

& obseruantiam facere, quæ tamen non aliunde, quam ab incepto a fisco deducto arguento petenda est. Sed hæc obseruantia generalis hodie prorsus incognita est, vt extot iudicatis liquet, imo si vel maxime adesset, vim obligandi tamen ad instar legis non haberet, autore CELSO in l.39. de leg. hoc modo censente: *quod non ratione introdūtum, sed errore p̄imū, deinde consuetudine obtinent eſt, in aliis ſimilibus non obtinet.* His tamen non obſtantibus, putat KOEPPENIUS, habere hanc obseruantiam fundamentum ex eo, quod p̄dīchā causē p̄ix & equiparentur primipilaribus causis. Nouum prorsus & insolitum fundamentum! in cerebro quorundam interpretum hoc natum esse video, quippe quod ius ciuile & canonicum ignorat, quamuis pro eius legitimatione prouocetur ad l.32. C. de Episcop. & Cler. & cap. 16. X. de iudic. qui textus tamen prorsus de hac æquiparatione silent. Imo si vel maxime quoddam argumentum apari ibidem deprehenderetur, id tamen vniuersalem iurium æqualitatem non induceret, nec in iure singulari ad casus similes progressus fieri posset.

**An ecclesiæ competat hypothecam tacitam, nec prioritatem generaliter adscribi posse, speciales quosdam addixerunt casus, in quibū ad minimum nominibus ecclesiasticis hypothecam tacitam competere debere, persuassimum habent. Primus est, si quis violauit ecclesiā, eique damnum intulit, sine dubio ecclesiā ad eius reparationem aduersus violatorem agere potest. vid. PAVLVS CHRISTINAEV S V.l.i.dec. 70. n.1. & Vol. 2. dec. 16. n.1. Id quidem nemo in dubium vocabit, sed grauioribus exposita est dubitis illorum traditio, qui in bonis illius, qui ecclesiām destruxit, violauit, diripiuit, vel incendio deleuit, ecclesiæ non solum tacitam hypothecam, sed p̄terea p̄relationis priuilegium in tantum adjudicant, vt in concurſu, non tantum vxori, illata repetenti, sed etiam fisco p̄ferri debeat, tum quod maior**

major sit habenda ratio & fauor piæ cause, quam mulieris vel vlli priuati creditoris, tum quod in ambiguis pro eccllesia iudicandum sit; tum quod omni iure diuino & humano violata ecclesia impensis violentis reconciliari debeat; tum denique quod c. vlt. X. de sepult. huic sententiæ faueat. Ita censet CHRISTIN. Vol. II. Dec. 16. Sed hæc argumenta admodum iejuna sunt, nec aliquid conferunt ad id probandum, quod probandum erat, vt recte sentit B. HARPRECHT. in trut. virginit. pignorum tacit. plurior. vel dubior. §. 2. nec vel per remotissimam consequentiam ex cap. cit. vlt. huic traditioni veritas adscribi potest. Idem statuit GONZALEZ TELLEZ ad cap. 1. X. de Eccl. edific. & restaur. n. 7. refutans PECKIVM de ecclesiis reparand. cap. 4. idem statuentem, sed frustra, ait, cum nulla lege Pontificia seu ciuili hæc hypotheca inducatur, neque ullo alio idoneo argumento comprobetur.

§. XXI. Alter casus itidem reparationem ecclesiæ respicit, quam ex decimis ab illa ecclesia dependentibus, vel habeat hypothecam tacitam in bonis beneficiatorum emolumentum, onus quoque hoc subire debeant. Preterea vero decimas has tacite obligatas esse pro reparatione ecclesiæ, imo ecclesiæ hypothecam tacitam in bonis prælati ad refectionem obligati adeo habere contendit CHRISTINAEVS Vol. II. Dec. 25. vi prelato mortuo, qui refectionem neglexit, contra heredes eius ad reparationem agi possit, eo quod bona defuncti possideant. In eandem quoque sententiam abit quodammodo CARPOV. L. II. Jur. Confess. def. 338. n. 10. ad minimum decimas pro reparatione ecclesiæ tacite obligatas esse sentiens. Sed utrumque falso esse facile patet. Nullibi enim bonis prælati vel beneficiatori hoc pignus tacitum iniectum est, quod fine lege ecclesiæ tribui nequit, nec sequitur: qui redditus ecclesiasticos & decimas percipiunt, obligantur ad reparationem, ergo in his ecclæ-

ecclesiæ tacitum pignus competit, quin potius *mora obli-*  
*gatio personalis ex æquitate*, personis ecclesiasticis injecta  
*est*, ut recte statuit beatus HARPRECHT. l.c. §.1. Proinde  
*moto concursu*, ecclesiæ in his redditibus creditoribus hy-  
*pothecariis* haud esse præferendam, arbitror.

An. in deci-  
mis aliisque  
pensionibus  
ecclesiæ pri-  
uilegium ha-  
beat.

§. XXII. Denique tertium casum prærogatiæ ec-  
*clesiasticæ* quidam constituant in decimis, censibus, aliis-  
*que pensionibus*, quo instar tributorum quotannis ex bonis  
*deitorum* in certa quantitate ecclesiæ, scholis, aliisque piis  
*locis* sunt præstandæ, & ita inter *onera realia ordinaria* re-  
*ferenda*. Hoc expresse prouisum in ordin. process. Sax. tit.  
42. §. 5. ibique referuntur: Was auf den Gütern zur Besol-  
*dung* der Kirch- und Schul-Diener, oder andern milden Sachen  
*zu entrichten*, als decim, it. jährl. Zinsen von Wiederkäuf-  
*Haupt-Summen*, und der gleichen *onera realia*, que c. l.  
*cum tributis parem prærogatiuum acceperunt. Idem dis-*  
*positum est in ord. Proc. Magd. c. 49. §. 15. & in prima clas-*  
*se referuntur, der Kirchen- und Schul-Diener Gerechtsa-*  
*me, als da sind jährl. Zinsen wiederkäufliche Haupt-Sum-*men*, decimæ und der gleichen *onera realia*, so zu Unter-  
*haltung* gemeldter Personen gewidmet und auf die be-  
*schwerte* Güter gelegt sind, in gleichem die Lehn-Waa-  
*ren, Erb-Zins, Gelder ic. quamvis iuxta §. 17. hæc præ-*  
*rogatiua tanquam restricted sit ad sex annos von der Zeit an, da*  
*es verfallen, zu rechnen, denn was sie den Schuldner länger ge-  
*trauet* und aufwachsen lassen, das haben sie ihrer Nachlässigkeit  
*beizumessen*, und aus der f. hrläufigen administratoren priuat-  
*Wermögen*, so davor unterpfändlich hofften soll, zu fordern,  
*nisi* administratores probauerint, se in mora exigendi non  
*fuisse*. Plures alias locorum constitutiones, idem priu-  
*ilegium ecclesiæ indulgentes, adducit MARTINI ad cit. tit.*  
42. Proc. Sax. n. 87. Conf. CARPOV. Lib. IV. Ress. 12. &  
RICHTER. de priu. credit. c. 2. mense. 5. cc. fin. De iure  
*communi* hæ pensiones rebus cohærentes ius pignoris  
*taciti***

## AB ECCLESIA FACTORVM.

21

taciti habent, l. 15. qui pot. in pign. hab. l. 31. de pign. sed prælationis ius cum tributis eis adscribi nequit.

§. XXIII. Restat ergo ut videamus, an non nomina ecclesiastica ex mutuo vel alio contractu prouenientia aliqua unde prærogatiua quandam habeant? vbi rursus distingendum est inter *iura provincialia & communia*. De iure communii, hoc est canonico & ciuiti, nomina ecclesiastica omni priuilegio destitui persuasissimum habeo, neque enim hypotheca tacita vlo in textu munera sunt, quod agnoscunt KLOCK. Vol. II. cons. 40. n. 78. NEGA SANTIVS de pign. membr.

4. p. 2. n. 121. BRVNN. cons. 76. n. 66. CARPOV. P. I. C. 18. def. 116. MERCVR. MERLIN. de pign. & hypoth. L. 3. qu. 13. AMAT. RODRIGUEZ. de concurs. cred. I. art. 5. n. 13. LAV. TERR. de hypoth. leg. §. II. n. 71. nec priuilegium personale habent, ut chirographariis præponi debeant, vt rursus re- & sentit KLOCK. cit. l. n. 178. in fin. destituiunt enim lege, absque qua priuilegium nominibus ecclesiasticis vindicari nequit. Evidem communiter *nomina ecclesiastica* ad *quartam classem* interpersonaliter priuilegiatos reicienda esse, contendunt exemplo *Reipublice*, quæ alius meritis etiam chirographariis prefertur l. 38. §. I. de rebus aut. iud. possid. imo aliquando etiam fisco, si antiquiorem specialem hypothecam præterea habet, l. 8. qui pot. in pignor. vel hypothec. hab. Hoc argumento vtuntur BRVNEMANN. de concur. Creditor. c. V. §. 60. RICHTER. de priuileg. cred. cap. 4. Sec. I. n. 13. HABERKORN. de concurs. & prælat. Creditor. cap. II. n. 262. simulque prouocant ad l. vlt. C. de S. S. Eccles. & inde inferunt, quod ecclesia cum ciuitate a pari procedat. Sed factius forsitan ex pumice oleum quam ex hac lege argumentum adductum elici potest, in qua ne umbra quidem aequalis juris inter ciuitatem & ecclesiam occurrit. Et cum præterea in iure singulari integrum haud sit, ab una vniuersitate ad alteram extensionem facere per l. 14. D. de leg. euident quoque est, nec priuilegium reipublicæ creditricis ex-

C 3

tendi

An iure com-  
muni nomi-  
na ecclesi-  
astica ex mu-  
tuo contra-  
cta, præroga-  
tiua ha-  
beant.

tendi posse ad ecclesiam. Concludo ergo de iure communī nomina ecclesiastica nulla munita hypotheca in quintam classem esse reicienda.

*Tute prouinciali pluri-  
morum loco-  
rum prero-  
gativum  
quandam ha-  
bent,*

§. XXIV. Quod vero iure communi his nominibus denegatum est, id specialibus locorum constitutionibus illicis concessum. De iure Saxon. Electorali ecclesie, scholae, hospitalia, vniuersitates, & stipendia hypothecam tacitam habent, per ordinat. proceß. tit. 45. §. 4. adeo, ut secundum §. 14. cit. tit. & hypotheca tacita in defectu allodialium ad feudalia tracta sit. Conf. RICHTER. de priu. Cred. c. 2. m. 5. in fin. Idem constitutum est in ord. proc. Magdeburg. c. 49. §. 55. In Ducatu Megapolitano hæc nomina ecclesiastica non tantum hypothecam tacitam habent, sed etiam prioritatem, teste BRVNNEMANNO c. 5. §. 60. in fin. Similiter in republica Gœrlicensi his nominibus hypotheca tacita est data, teste HABERKORN. de concurs. cred. prælation. c. 2. n. 268. An etiam de iure communi Saxonico idem afferendum sit, vulgo disceptatur, obseruante Dn. BERGERO in electus discep. forens. ad proceß. Saxon. tit. 45. obseru. 3. nota 4. Qui id aſterunt, argumentum a fisco ad ecclesiam ducunt, quod tamē inane est, & recte reprobatum a SIMONE VLKRICO PI-  
STORIS obs. 68. quod indicium præbet, extra Saxon. Ele-  
ctoral. ius commune obtinere. In Marchia per Recess. pro-  
vinc. de anno 1653. §. 7. ius commune confirmatum est his verbis: In den übrigen Posten, so debita chirographaria seyn, und ex causa mutui herrühren, können zwar die Kirchen keines priuilegii prælationis sich anniosen, sondern müssen mit andern Creditoribus, so paria iura haben, in tributum gehen, conf. B. STRYK. in not. ad Br. ius eccles. l. 2. c. 16. §. 5. ad verb.  
mutuo.

*An in admi-  
nistratorum  
bonis eccl-  
esiae ius tacita  
hypothecæ  
competat.*

§. XXV. Cum vero non raro administratores bonorum ecclesiasticorum quoad residua debitores ecclesiistarum similiūm piorum locorum fiant, denuo in disceptationem venit, annon ad minimum hæc nomina iure hypothecæ ta-  
citæ

citæ munita sint? id quod communiter ex his euincere co-natur argumentis, 1) quod ecclesiæ pupillis & minoribus, quibus hæc hypotheca in bonis tutorum data est, æquipa-ratæ, & curatores ærarii ecclesiastici, instar tutorum sint per cap. 1. de restit. in integr. 2) quod cap. 6. X. de pign. hue collineare videatur. Hanc sententiam tueruntur HIERONYMVS ROCCA in *disput. iur. select. c. 50. n. 91.* IOANN. FRANCISCVS ANDRAEOLI *controvers. 350. n. 9.* NONIVS a COSTA *de priuile. cre-dite. reg. 3. ampliat. 23. n. 63.* MVNNOZ de Escobar. c. 39. n. 13. NEGVZANZ. de pign. P. z. membr. 4. n. 120. MERLINVS de pi-gnor. L. 3. qu. 33. n. 9. aliique, quos magno numero alle-gat HARPRECHT. Vol. nou. conf. 79. n. 16. Mirum sane est ius pontificium ecclesiæ non satis prospexitse, quod forsitan inde factum esse videtur, quia ex hac Doctorum tradicio-ne illis satis prospectum esse crediderunt, quæ tamen ad-modum lubrica est, vt ostendit B. HARPRECHT. l.c. n. 15. Et in trutin. vigint. pign. tacit. plurior. vel dub. §. 3. Etenim cap. 6. X de pign. huius pignoris nullam mentionem facit, & quamvis ecclesiæ minoribus æquiparentur, quoad restitu-tionem in integrum, inde tamen queuis iura pupillorum iis assignare nequeunt, cum iura singularia non sint ad conse-quentias producenda. Interim tamen in terris euangelicis istoruim administratorum bona non quidem ex iure ciuili vel canonico, bene tamen ex iuribus complarium ditionum prouincialibus, & fori ritura nexui taciti pignoris deuincta esse contendit HARPR. cit. ll. Huc etiam collineat *Recessus prouincialis Marchie. c. l.* his verbis: Daferne aber der Patronus (qui in Marchia ut plurimum bona administrat) das de-bitum contrahiert, soll den Ecclesiæ nicht weniger in bonis Pa-troni als den pupillis in tutoris & reipubl. administratorum, & quidem a tempore, da der debitor Patronus der Kirchen geworden zu stehen.

§. XXVI. Ex eodem errore noua propullulauit con-clusio. Constat, quod si quis pecuniam alienam, suo nomi-ne, det mutuam, nomen non illi, cuius pecunia erat, sed

CON-

Quid si ad-ministrator pecuniam ecclesiæ suo

nomine mu-  
tuam dedit?

contrahenti acquiratur, cum debitor huius fidem fecutus fit, quemadmodum vero pupillo acquiritur actio, si tutor nomen pecunia pupillari contraxit, licet tutor semetipsum in chirographo creditorem nominare curavit, CAR PZO V. P. 2. *Confl. u. def. 38.* STRVV. in *Iuri ap. L. I. tit. 22. §. 5. in fin.* ita idem de administratore ecclesie dicendum esse arbitrantur. vid. MANZIUS *in spec. iur. comm. voce ecclesiae favor. n. 56. & 87.* Vsus huius obseruationis potissimum occurrit in concurso super bonis administratoris moto, quando queritur, an ecclesia hoc nomen, quod sua pecunia contractum esse contendit, sibi ostendere extra concursum possit? Equidem si verba chirographi eam interpretationem admittunt, ut *administrator nomine* illud contractum esse censi possit, facile in affirmatiuam descendendum erit; ast si nulla huius rei vestigia occurruint, si ex manifestissimis indiciis apparet, administratorum *suo nomine* contraxisse non men, iuri communis tamdiu insistendum, donec probetur exceptio, que in ecclesia non occurrit.

Plura alia  
privilegia  
nominibus  
ecclesiasticis  
tribuuntur.

§. XXVII. Addunt adhuc alia plura nominum ecclesiasticorum iura singularia, inter quae haec palmaria sunt, 1) quod valeant, si vel maxime causa debendi non sit expressa, quae alias in omni chirographo necessario exprimi aut ad minimum probari debet. *L. 25. in f. de probat. c. 14. X. de fide instrum.* TIRAQVELL. de priu. piar. cauf. priu. 109. Dn. HORN. Claff. XI. n. 93. p. 167. BR. de iur. ecclef. L. II. c. 14. §. 2. in nominibus ecclesiasticis autem vel ideo probationem causæ debendi non requiri tradunt, quod haec adesse presumatur BRVN N. L. c. 2) quod quicunque possit ecclesiæ stipulari, & quilibet sacerdos ei acquirere, cum alias alteri stipulari nemo possit. TVSCN. lit. E. concl. 7. n. 10. seq. MANZ. Special. iur. comm. voce: Ecclesiae favor. n. 35. & voce pia causa n. 20. 3) quod mulieri non prospicit exceptio SCti Velleiani contra nomina ecclesiastica, pro quibus fideiussit MANZ. cit. l. voce pia causa. n. 17. 4) quod pro his nominibus fide-

fideiussor ex nudo obligetur pacto, cum alias fideiussio fo-  
lennem desideret stipulationem. TIRAQVELL. cit. tr. priu.  
141. MANZ. cit. l. n. 18. & 19. 5) quod ecclesia, cui legatum est  
nomen, possit agere sine cessione, absque qua alias lega-  
tarius agere nequit. l. 18. C. de legat. 6) quod nomina ecclae-  
siastica demum 40. annis prescribantur, cum alias actio-  
nes personales tantum ad 30. annos durent. l. 3. C. de preſc.  
30. vel 40. ann. 7) quod probatio horum nominum facilius  
possit instrui, veluti per inventarium ecclasiasticum, arg. l.  
57. de adminiſt. & peric. tut. per libros antiquos seu regiſtra  
ecclasiast. MANZ. d. tr. voc. ecclesie fauor. n. 35. Probata est  
haec sententia in der Fürſel. Württenberg. Bassen-Ord-  
nung p. 734. n. 206. vbi ita: zu deren Beweifung auch alte Regi-  
ſter, obſchon weder Brief noch Siegel verhanden, vor ſufficient  
angenommen werden sollen.

§. XXVIII. Pleraque ex his adductis singularibus Quæ examin-  
nominum ecclasiasticorum iuribus, rursus ita ſunt compa-  
nuntur, ut vel in cerebro interpretum nata fuerint, vel singula-  
re quid non contineant. Primum nulla lege fundatum eſt,  
absque qua exceptionem a iure communi tradere interpre-  
tibus haud integrum eſt. Generatim in iure cautum eſt, cau-  
ſam debendi, in chirographo non expreſſam, non preſumi,  
niſi proberetur, nec illa ratio eſt, cur magis preſumi debeat in  
nominibus ecclasiasticis, quam priuatorum; illa eodem mo-  
do contrahuntur ab hominibus quam haec, & ſic æque in  
illis fraſus committi poterit, nec fauor pro ecclesia ſufficit, vbi  
lege, singulare quid conſtituente, deficiuntur. Alterum ad-  
mitto, ſed ad ſolam eccliam non stringo, cum hodie alteri  
per alterum obligatio in genere adquiriri poſſit MEYVIS P. 4.  
dec. 112. n. 5. B. STRYK. in Vſu mod. ad tit. de pact. §. 12. quod  
quamuis B. HARPR. diſſert. de fideic. conuent. §. 16. in dubium  
vocet, vel ideo tamē ei adhærendum haud eſt, quod pacto-  
rum efficacia hodie non æſtimetur ex iure Rom. ſed mori-  
bus Germanicis, & præterea Interpretes iuriſ canonici ſen-  
tiant,

tiant, hoc iure quempiam alteri stipulari posse, obseruante  
**M A N Z.** cit. *tr. voce pia causa n. 20. in fin.* Tertium priuilegium petunt ex *l. f. C. ad SCum Vell.* in qua *doti* haec prærogativa data, vt contra eam SCti Velleiani exceptio opponi nequeat, multominus ecclesie, quæ *iura dotium* habet. Sed petit haec sententia id, quod est in principio: priuilegia dotis ecclesiis competere æque facile negari potest, quo affteritur, imo eo facilius negatur, quo magis constat, iura singularia non admittere extensionem. *l. 14. de legibus.* Quartum admitto, sed rursus non ad solam ecclesiam restringo, cum hodie omnes fideiussores solo consensu accipiatur sine stipulatione. De *iure ciuili* tamen ad minimum priuilegium hoc admittendum esse credunt *ob l. f. C. ad SCi. Vellei.* vbi idem in dote constitutum est, & sic quoque ad ecclesiam trahendum, quod tamen rursus impingit in ea, quæ ante adducta sunt. Quintum rursus ad omnia nomina adplicari potest, cum in *l. 18. C. de legat.* cuilibet legatario datum concessumque sit, vt possit sine cessione actionibus utilibus suo nomine experiri. Sextum admitto, vt tamen non tantum ad nomina ecclesiastica restringi debeat, sed alii quibusunque iuribus commune sit, de quo plenius egit: *Dn. PRAESES in iure ecclesiast.* *Protest. tit. de praescript. §. 49 seqq.* Ultimum admodum dubium est. Inventario quidem, si tenor chirographorum ei insertus est, vim suam non adimo, sed fidem ei habendam esse credo *ob l. 57. de admin. & peric. tut.* Verum registris priuatis ecclesiasticis æqualem probandi vim non esse tribuendam, plenius demonstrauit *Dn. PRAESES cit. tr. de fid. instr. §. 3.*

An vsuræ de-  
bet autur vltra vsuræ, quibus itidem noua & peculiaria adscribunt iura.  
alterum tan-  
tum in nomi-  
nibus eccl-  
esiasticis.

§. XXIX. Accessoria nominum ecclesiasticorum sunt  
 Finiuntur alias vsuræ, si vltra alterum tantum excruerint,  
 quamvis si particulariter soluantur, exceptio alterius tantum  
 non obseruetur hodie. *FINCKELTHAVS obseru. 40.* In nomi-  
 nibus ecclesiasticis autem vsuras vltra alterum tantum in-  
 distincke

*distinguere* deberi iudicant, tum quod idem in usuris pupillaribus obtineat, tum quod usuræ nominum ecclesiastico-rum, non ut usuræ, sed magis ut *interesse* petantur, quod ultra alterum tantum peti potest, vt ait CARPOV. lib. 2. *Iurispr. Consist. def. 319. n. 15. 16. 17.* tum denique quod ratio prohibitionis hic cesset, quæ est, ne immodicum queratur lucrum, quod ab ecclesia & piis corporibus haud presumendum. Hæc tamen argumenta satis lubrica esse, iam ostendit Dn. PRAESES in *iur. Paroch. sed. VI. c. 2. & 17. edit. nou.* Quod de usuris pupillaribus adfertur, adhuc valde dubium est, & præterea sepe iam notatum, non valere generale argumentum a pupillis ad ecclesiæ. Supra quoque inane refugium reprobatum iam est, usuras ecclesiasticas magis ut *interesse* peti, quod, a rei veritate alienissimum, & denique adducta præsumtio facto ipsi contraria est, dum immodicum lucrum revera dicendum est, quod leges damnant & improbant. MEIVM sibi hac in quæstione non satis constitisse, obseruauit Dn. PRAESES *cir. loc. simulque eius verba adduxit.* Forsan hæc ratio quoque pro sententia contraria adduci posset, quod debitores ecclesiastici si in *interpellatione*, re ipsa, vel legis dispositione moram contrahant, ut debitores pupillorum & minorum. *l. 3. C. in quib. caus. in integr. refit. necess. non est.* SPERELL. *dec. for. eccl. 130. n. 34. & 38. COVARRV. Lib. III. var. resol. c. 17. n. 4. GRATIAN. discept. forens. L. 3. c. 579. n. 9. TIRAQYELL. de priu. piar. caus. priu. III. BRVN. L. 2. iur. eccl. c. 14. §. 6.* Quando autem debitor in mora est, indistincte currunt usuræ etiam ultra alterum tantum, STRVV. *exerc. 27. th. 53. MEVIVS P. 7. dec. 4. COTHMANN. Vol. 2. refl. 52. n. 262.* Sed nec hæc ratio me in contrariam rapit sententiam. Nam 1) rursus hic argumentum a pupillis & minoribus ad ecclesiæ trahitur, quod in iure singulari non est permisum, & regulis logicis aduerfatur: 2) qui in casu moræ usuræ ultra alterum tantum creditori assignant, *veram moram ex interpellatione*

D 2

An mora in  
his nominibus ex re  
contrahatur.

vel

vel maxime iudiciali contra dictum supponunt. M E V. cit. l.  
STRVV. Lib. 3. tit. 20. §. 23.

An in Saxo-  
nia ha- vsura  
simul cum  
forte in con-  
cursu credi-  
torum de-  
beantur.

§. XXX. Denique constat, quod in quibusdam pro-  
vinciis, praesertim Saxon. moto concursu, vsuræ non ali-  
ter creditoribus soluantur, quam si omnibus de forte ipsa sa-  
tis factum est; vt plurimum tamen excipiunt nomina ecclesia-  
stica, contenduntque, haec vna cum vsuris statim adiudican-  
da & soluenda esse, etiam antequam posterioribus credito-  
ribus de forte satisfact. Ita olim in Elektoratu Saxonico cen-  
suit CARPZOV. Lib. 4. reff. 46. & P. I. C. 28. def. 171. efficitque,  
vt decisione electoralii VIII. firmaretur. Non deerant, quæ  
in utramque partem olim adferebantur. Pro ecclesiis alle-  
gabant, fauori earum quid dandum esse, in dubio pro iis  
respondendum, & quo quis modo cura adhibenda, ne ad su-  
ficiationem ministrorum ecclesia, scholarum & pau-  
perum destinata minuantur, vel sine fine fructu; non esse pro-  
babile, legislatorem vsuras a forte separantem, ecclesiis, ali-  
isque piis causis præjudicare voluisse, has potius ubique ex-  
ceptas censeri, vsurasque ecclesiasticas magis naturam eius,  
quod interest, habere. vid. Dn. HORN. diff. de priuile. iur. elect.  
Sax. piar. cauf. circa vsur. in concurs. Credit. n. 10. Non omnes  
tamen olim CARPZO. VII sententiae subfcriperunt, quin  
potius ei resistit RICHTER. de iur. & priuile. credit. c. 7. n. 43.  
ex rationibus, quæ ex principiis adhuc iactis facile colligi  
queunt. Sunt rationes CARPZOVII, & qui pro ecclesiis scri-  
bunt, suasorix, ostenduntque, humanum esse, vt tale priuile-  
gium ecclesiasticis nominibus ubique detur. Tale autem ex-  
tra Electoratum iis datum fuisse, haud probant, vt fere in Sa-  
xonia Ducali RICHTERI sententia preualeat, imo iis quoque  
in locis, in quibus alias ius Saxonicum commune præualeat.  
In principatu Halberstdiensi quid obtineat, colligi pot-  
est ex attestato Regiminis, quod Dn. PRAESES nuper admo-  
dum in Actis, ad inclytam facultatem iuridicam trans-  
missis, deprehendit, huius tenoris: Domnach bey Hus Chur-  
fuerstl.

Fürstl. Brandenburgischen zur Regierung des Fürstenthums Halberstadt verordneten Stadthalter, Präsident, Vice-Canzler, und Räthe der Aduocatus Friedrich Christoph Volmann Supplicando einkommen und geben, ihm ein Gerichtl. Attestat zu ertheilen, wie es bei hiesiger Regierung in concursu creditorum wegen der Zinsen, wenn pia corpora capitalia dabey zu liquidiren und zu fordern haben, gehalten werde, und denn solchen seinen Suchen statt gegeben; Als wird hiermit attestirt, daß hiesiger obseruanz nach in concursu creditorum, ehe und bevor die capitalia abgetragen, die Zinsen so wenig denen piis corporibus, als andern creditoribus zugetheilet werden. Signatum Halberstadt den 13. Octobr. 1699.

¶ XXXI. Ita diuerso in Saxonia iure vtruntur, inter rim in ipso Electoratu nec quidem omnis lis composita vi- derur, quin potius de eo adhuc disceptatur, an etiam ea. Quid si causa dem definitio obtineat, si inter ipsas diuersas pias causas de prælatione disceptetur? Mouit hanc controuersiam Dn. HORN. cit. diff. §. 11-12. variasque adduxit rationes in utramque partem CARPOVIVS dec. 277. n. 18. eandem affirmandam esse censuit, & in supremo prouincialium Senatu ita iudicatum esse refert. Sed anno 1652. per rescriptum electorale aliud constitutum fuisse docet Dn. HORN. cit. l. n. 3. simus que ipsum rescriptum adducit, in quo haec adducitur ratio: Weil der respect und fauor unterschiedlicher Geistlichen Schulen æqualis, und dennoch dahin zu richten, damit eines dem andern nicht zu Schaden und Nachtheil gereichen möge, gestalte die priuilegia und fauores gegen ebenmäßige priuilegierte Personen nicht zu gebrauchen, noch zu verstatthen seyn wollten. Quia tamen post illud rescriptum decis. 8. §. anteced. allegata, publicata est, in qua huius discriminis nulla iniicitur mentio, ideo inclytus ICtorum ordo, referente Dn. HORNIO, censuit, huic rescripto non esse insistendum, sed simpliciter decisionem VIII. sequendam, que generaliter hoc priuilegium nominibus ecclesiasticis dedit, & forsitan a priori rescripto recessit.

D 3

Nec

Quid si causa  
pia cum æ-  
derur, quin potius de eo adhuc disceptatur, an etiam ea.  
que pia con-  
currat.

Nec ratione destituitur hæc sententia, quamvis enim príuilegiatus contra priuilegiatum vtatur iure suo, hoc tamen tantum restringendū ad *ius aequale*: vbi autem causa príuilegiata p̄ altera pr̄erogatiua habet ratione temporis vel hypothecæ, regula p̄dicta merito quiescere debet.

## Conclusio.

§. XXXII. Possunt præterea *nomina ecclesiastica* oriri ex donationibus inter viuos & legatis, quorum iura hic referre supersedeo. Cum enim illa nominib⁹ non sint proprii, sed etiam quibusuis rebus donatis & legatis adipicari possint, conuenientius visum fuit, illa ab hac materia separare; ne in immensum quoddam opus excresceret dissertatio, cum legatis ad pias causas plura tribui soleant iura, quæ alia occasione examinanda sunt.

## CAPVT II.

DE

NOMINIBVS ECCLESIAE  
DEBITRICIS.

Von

## Passiv-Kirchen-Schulden.

§. I.

Nominis ap-  
pellatio et-  
iam de debi-  
tore p̄di-  
catur.

**N**on tantum ecclesiæ creditrici, sed etiam debitrici, plu-  
ra vulgo tribuuntur iura singularia, hoc capite per-  
pendenda. Etiam debita hæc, appellatione nomi-  
num contineri, ex iure nostro manifestum est, in quo nomi-  
na debitorum vocantur, ut in l. 38. §. f. D. de negot. gefl. l. 86. pr.  
de leg. 2. l. 64. l. 78. §. 1. de leg. 3. l. 11. de diffraſt. pign. In l. 17. de  
heredit. vel action. vend. fit mentio nominum eorum, qui sub  
conditione vel in diem debeat, & in l. 4. C. que res pignor. oblig.  
possunt

## ECCLESIAE DEBITRICIS.

31

possunt, dicitur, quod nomina debitoris & generaliter & specia-  
liter oppignerari possint. conf. l. 19. ad SC. Velleit.

§. II. In primis autem ecclesiae debitrici aliisque piis Debitis ec-  
corporibus, que debent, varias singulariter attribui solent clieasticis  
exceptiones, de quibus primario hic agendum. Prima est opponi pot-  
est exceptio famosissima non factae versionis in rem ecclesiae,  
qua in iure utroque satis fundata est. In Nou. 120 c. 6. §. 3. de  
ea ita cauetur: Si vero quis aui episcopo aut economo, aut or-  
dinatori, cuiuslibet venerabilis domus, siue in regia ciuitate, si-  
ue in prouincia constitutae, pecunias creditit, aut post hac credi-  
derit, iubemus, neque ex hoc reputari pro venerabili domo, nisi  
primitus ostenderint, quod in utilitates predictae venerabilis  
domus illa profecerunt, neque ipsum creditorem aut heredes  
eius contra venerabilem domum habere aliquam propria actionem,  
nisi monstrauerint, quod in utilitatibus venerabilis domus  
competentibus pecuniae profecerunt; sed contra mutuas accipi-  
entem pecunias aut heredes eius proprias moueant actiones.  
Inde desumpta est autb. hoc ius porrectum. C. de S. S. eccles. vbi  
in fine ita: Etis creditor hic intelligatur, qui quod creditit, probari  
in utilitatem diuinæ domus processisse. Amplexus est hanc  
decisionem INNOCENTIVS III. in c. 4. de fidei. vbi cauetur,  
ne ab aliquo pecunia mutuo accipiat, absque maioris partis  
capituli sui licentia, alioquin, addit, non tenetur conuentus pro  
hac, aliquatenus respondere, nisi forte in utilitatem domus ipsius  
manifeste constiterit redundasse. Eam quoque suam fecit ALEX-  
ANDER III. in c. 1. X. depos. aiens: cum enim non constet no-  
bi pecuniam tuam, quam ille vir Belial impig & detestabili  
surreptione furatus est, in utilitates ecclesiae conuersam, non de-  
berimus de iure nec possumus contra canones eiusdem ecclesie  
precise intentare iussionis instantiam, ut tibi eandem reddant,  
personæ ut dicunt non ecclesiae commendatam. His textibus  
satis firmata predicta exceptio videtur, quæ ecclesiis piis  
que corporibus data est, nec præterea necesse est confuge-  
re ad argumenta a ciuitatibus, pupillis, & minoribus petita,  
quam-



## CAP. II. DE NOMINIBVS

quamvis hi quoque eodem iure in hac causa fruantur: neque enim ideo hoc ius ecclesiis competit, quod *civitatibus ac pupillis* æquiparentur, id enim non vniuersale esse cap. antec. demonstrauit; sed quia leges speciatim hoc ius iis in certis casibus indulserunt.

Videndum tamen, quo modo nomen contractum.

Si ab ecclesia nomine ecclesiae, id quod in ecclesiis euangelicis facilius contingere potest, in quibus præter *economos* & *administratores* certæ personæ constitui solent, totam representantes vniuersitatem, adeoque mutuum, per hos contractum, censetur ab ipsa contractum ecclesia, ut *simpliciter* obligetur, nec creditor opus habeat versionem probare. BERLICH. dec. 301. n. 31. Huc etiam pertinet, si omnes de ecclesia simul, seu conjunctim mutuum acceperint, & chirographum subscripferint, vel procuratorem ad contrahendum mutuum constituerint. IDEM l. c. n. 31. § 32. id quod etiam in mutuo ciuitati dato obseruari solet, ut interpres ad l. 27. D. dreb. cred. obseruant.

Nec enim ecclesia mutuum contrahere impeditur.

§. IV. Non deerunt, qui etiam hoc casu ecclesia exceptionem prædictam profuturam esse afferent, forsan ideo, quod se libere obligare nequeat, sed vel *confessorii* vel *principis* consensu simul accedere debeat: neque enim ecclesia ita in sua potestate esse videntur, ut pro lubitu contrahere possint, ne alioquin occasio detur, qua facile ad alienationem bonorum ecclesiasticorum deueniri possit. Interim in iure

iure firmum solidumque deficit fundamentum, ex quo tale mutuum adstringatur ad consensum principis, vel Confessorii. Etiam ciuitates municipales non absolute sunt in potestate sua, & tamen mutuum contrahere non prohibentur: eadem ratio est ceterarum vniuersitatum, quibus nulli mutuum interdictum est. Alienatio quidem ecclesiis est interdicta, sed non simpliciter se obligandi facultas. Nec obstat, quod ita per indirectum causa constituantur, ob quam nonnunquam ad alienationem deueniri debeat, quæ tamen ecclesiis est interdicta; id enim per munium directo non intenditur, & si quando ex accidente ad alienationem deueniendum est, tales leges non improbant, sed potius diserte approbant, in auct. cit. TRENTACINQ. lib. II. de action. resol. 1. n. 2. Vtrum vero eo casu desideretur, ut ante omnia versio proberetur, paulo post examinabo.

§. V. Sed hoc restringendum ad *simplex mutuum*: si Nisi mutuum præterea in securitatem crediti pignus in rebus ecclesiasticis pignoratiti est constituendum, majori præcautione opus est. Generatim non tantum prælatis, sed etiam *ipsis ecclesiis* interdicta est omnis *alienatio*, cui etiam accentuenda est *specialis pignoris*, quod creditori traditur, constitutio, in N. 7. c. 1. & c. 5. X. de reb. eccl. non alien. c. 1. & 3. X. de pign. adeo ut si creditor talem rem acceperit, iure suo cadat, & mutuum lucro ecclesiæ cedat, salvo tamen regressu contra administratores, si horum ausu priuato pignus est constitutum. Nou. 7. c. 6. Ut itaque tale mutuum, pignore speciali munitum, subsistat, præter iustam causam necessaria sunt illa solennia, quæ alias in rerum ecclesiasticarum alienatione desiderantur, quia per pignus *speciale* facile ad alienationem deueniri potest, per auth. hoc ius perrectum C. de S. S. eccl. conf. GONZALEZ ad c. 1. X. de pignor. vbi n. 13. adducit concilium Lateranense sub INNOCENTIO III. habitum, quod clericis indulget ius certo modo pignori obligandi beneficia sua, quatenus expeditioni in terram sanctam intererant. Si his interuenientibus requisi-

E

sitis,

sitis, prædium ecclesiasticum pignori creditorí datum est sine dubio subsistit pignus, & creditorí plena tribuitur securitas, adeo ut is hoc casu, in mora existente ecclesia, pignus sine nouis interuenientibus solennitatibus distrahere queat, cum quæ in ipsa pignoris constitutione interuenere solennia antecedenter, in hunc casum directa esse videantur. SIMONCELLVS de *decret. in contract. minor. ad bib. lib. 2. tit. 5.*  
*in specl. 4. n. 42.* Constitutio generalis hypothecæ ecclesiæ haud interdicta est, si necessitas mutui contrahendi adsit, adeo ut ne quidem interuentus solennium hic desideretur per *Nou. 7. c. 6. in su. tum quia per hypothecam possessio in creditorem non transit, tum etiam quia generalis hypotheca non tam stricte rem afficit, quam quidem specialis, conf. GALE-  
SIVS de *restit. in integr. comm. ad constit. Vrbani VIII. n. 146. p. 150.**

Potest tamen ecclesia con-  
tra mutuum  
refutari,

§. VI. Nihilominus tamen si pecunia mutuo ab ecclesia accepta, in rem eius haud versa, restitutionem in integrum eidem indulgent, BERLICH. *decis. 301. n. 30.* modo ecclesia doceat, versionem factam non fuisse; Quando enim restitutionem querit, *lesionem probare* debet, quæ hic vincere in eo, quod pecunia in rem suam non sit versa, collocanda est. GALESIVS cit. *tr. c. 2. n. 109.* In hoc differt ab illo casu, vbi per *administratores* mutuum contractum, quo creditori onus probandi incumbit, hic vero ecclesia, quippe quæ simpliciter ex mutuo obligata fuit, & tantum ex capite *restitutionis* a vinculo liberatur. Neque hec *probatio* restrin-  
genda ad *mutuum gratuitum*, vt in *fœnoratio* creditori onus probandi incumbat, id quod contendit TRENTACINO.  
*lib. 2. de action. ref. 1. n. 3.* neque enim in *L. 1. & 2. C. si adver-  
sus creditor. afferitur*, quod hoc casu onus probandi creditori incumbat, sed in genere tantum supponitur, liqui-  
dum esse, pecuniam non esse versam in minoris vilitatem;  
id autem, quis probare debeat, minime determinatur.  
Nec porro ipsa *restitutione* restrin-*genda* est cum BERLI-  
CHIO *cir. l. n. 37.* ad *mutuum fœnoratum*; cum *lesio* non in *fœnore* promissæ, sed in *cessante* versione queratur,  
quæ

que contingere potest, etiam vbi mutuum haud est foen-  
ratitium, id quod ex l. 17. §. 1 & l. 27. §. 1. de minor. l. i. & 2.  
C. si adu. cred. clarissime liquer, in quibus sola *lesiovii* ratio  
in cessante versione ponitur, conf. ODDVS de restit. in integr.  
p. 2. q. 52. art. 4. n. 37. & art. 7. GALESIUS de restit. in integr.  
c. 2. n. 108. seq. Ex quo patet verisimum esse, quod ait WIL-  
HELMVS ANTÖN. a FREVDENBERG de rescript. morat. concl. 32.  
n. 14. caendum esse omnibus a contractu cum ecclesia tan-  
quam re pestifera & perniciossima, id quod tamen non  
potest non ecclesiæ admodum obesse. Proinde ad hoc *Cautela eī*  
præiudicium auertendum, duo commendanda esse cen-  
seo: (1) vt creditor, qui cum ipsa ecclesia contrahere vult,  
ad minimum curiosus sit, & videat, in quem finem & vñum  
ecclesia mutuum accipiat, vt postea restitutionem petenti  
ecclesiæ eo fortius se opponere possit: (2) ne iudex adeo  
facilis sit in concedenda restitutione, quod iam olim mo-  
neruant ICti, circa restitutionem minorum in l. 24. §. 1.  
de minor. ibi: ne magno incommodo huius statutū homines ad-  
ficiantur, nemine cum his contrahente & quodammodo com-  
merciū eis interdicetur & in l. 17. §. 1. de admin. & peric.  
eti. ibi. nam inutile est pupillā, si administratio eorum non  
seruatur, nemine scilicet emente.

§. VII. Pergo ad alterum casum, si pecunia mutuo ac- Si per prela-  
cepta, per prelatum & capitulum, qui priori fere similis est, tum & capi-  
Nam quamuis iure veteri cleru fere tantum *administratio-* tulum mutu-  
*nem* rerum ad ecclesiam pertinentium habuerit, adeoque um acce-  
non dubitandum, quin olim idem obtinuerit, quod locum ptum, itidem  
habet, quando ab aliis administratoribus pecunia mutuo ac- simpliciter  
cepta: vid. Nou. 129. c. 6. §. 3. scena tamen postea mutata est, gatur,  
& quod cap. 1. p. 9. iam monui, communis doctrina inualuit,  
clerum, hoc est, *prelatum cum capitulo*, repræsentare ec-  
clesiam, adeoque in effectu habendum esse, ac si ipsa *ecclesia*  
immediate mutuum contraxisset, & consequenter exce-  
ptione non facie versionis vti haud posse. Id colligo ex c. 4. X.

*de fidei, cuius verba §. 2. adducta, vbi demum probatio versionis desideratur, si absque maioris partis capituli licentia pecunia mutuo sit accepta, quia nec solus praelatus, nec capitulo solum representat ecclesiam, sed totus clericorum ordo coniunctim.* TRENTACINO l. c. n. 1. & 6. Quamuis vero etiam hoc casu plures probationem versionis in rem ecclesie desiderent, quos allegant GONZALEZ ad cit. c. 4. n. 1. & BARBOSA ibid. n. 8. facile tamen ex adducta ratione liquet, id inuita iuris ratione fieri; posita enim sententia, quod clericus representet ecclesiam, ponitur conclusio, quae non potest non inde fluere. conf. B STRYK. in not. ad BRVN. ius eccl. l. 2. c. 15. §. 28. verb. praelato presente capitulo, vbi hanc rationem addit: mediante capitulo enim tota censeetur contrahere ecclesia.

Non tamen  
inter prote-  
stantes.

§. VIII. Inter protestantes tamen merito ab hac hypothesi recedendum forer, penes quos clericus non representat ecclesiam, etiam in ecclesiis collegialibus & cathedralibus, vtut non ignorem, incaute st̄pe ad huiusmodi erronea dogmata prouocari. Proinde satis prudenter Seren. Legislator in ord. Magd. p. cit. c. 49. §. 22. explosa adducta ratione, ita censuit: Es sollen weder die pia loca, wie sie Namen haben, noch die Städte hinsüro, ohne unsre, oder unsrer Magdeburg. Regierung ausdrückl. Bevilligung Geld auf Zinse zu entlehnen befugt seyn, da aber solches vor publication dieser Ordnung geschenken wäre, soll so wol denen piis locis als Städten das beneficium l. ciuitas ff. de reb. cred. dergestalt zu statthen kommen, daß die Zahlung ehe nicht wider sie erkamt, noch vollenstreckt werde, bis die Gläubiger zur Gnüze beygebracht, daß das Anlehn in derer piorum locorum oder der Städte schenkbaren Nutzen verwendet worden, ob auch gleich bey Stiftern das ganze capitul, bey Clößtern die Abtei oder Pröbste und conuentuales, und bey denen Städten die Viertels- und Gemeinheits-Meistere in das Anlehn ihr Vollwort gegeben, zu bes-  
sin

sen Beybringung denen Gläubigern die Muths und andere Rech-  
nung zu ediren sind.

§. IX. Ut plurimum tamen hi, qui in mutuo, a *praelato*  
& *capitulo* contracto, non desiderant versionis probatio-  
ne, hoc limitant, nisi ad exsolutionem mutui neesse sit alie-  
nare bona ecclesiastica. B. STRYCK in *usu mod. ad iur. de rebus cred.*

§. 37. GRANNANETO ad c. i. X. de *fidei us. n. 3.* GONZALEZ ET  
BARBOSA cit. II. TRENTACINQ lib. II. de *act. n. 1. n. 5.* Hanc  
limitationem deducunt ex auct. hoc ius porrectum C. de 88.

*eccl.* in qua permititur, ob virgines & alienum res eccl-  
esiasticas vendi posse, additique, cum hic creditorem  
esse intelligendum, qui quod credit, probat, in utilitatem di-  
vine domus processisse. Haec sententia si vera est, obtinebit  
quoque in casu primo, de quo §. 3. seq. dictum est. Ve-  
rum eidens est, dictam auct. loqui de mutuo contracto  
ab *economis* vel *episcopis*, qui olim *administratores rerum ec-*  
*clesiasticarum* simpliciter erant, vt Dn. PRAESES in *iure pa-*  
*rocb.* Secl. VI. c. i. pluribus docuit, ergo ad eum casum com-  
mode applicari nequit, vbi ipsa ecclesia, vel quod idem est,  
eam repræsentantes mutuum contraxere, quo casu ecclesiam  
simpliciter obligari, supra euictum, exemplo ceterarum  
vniuersitatium, que se simpliciter obligare possunt, quod  
etiam in ciuitatibus obtinet, nisi prouinciali lege prohibe-  
antur, quemque §. anteced. adduxi. Nec argumentum a pro-  
hibita alienatione ad hunc casum trahi potest, cum si & alienum  
recte contractum, id quod hoc casu in dubium de *iure*  
*communi* vocari nequit, alienatio permitti debeat. At si  
*administrator*, *economus*, vel *situs prælatus*, mutuum con-  
traxit, merito dubitari poterat, utrum in propriam an *ecclæ*  
*vitilitatem* illud contraxisset, id quod ante omnia per pro-  
bationem versionis eruendum est: hoc vero dubium cessat,  
vbi ipsa ecclesia, qua talis, contraxit, h. e. qui eam repræsen-  
tant, der Auschuss der Gemeinde, die Aterlinge, vti in non-  
nullis ecclesiis vocantur, quia sic eidens est, ecclesiam

ipsam

E 3

Quid si ob ta-  
le mutuum  
ad alienatio-  
nem rerum  
ecclesiastica-  
rum deueni-  
endum sit?

ipsam mutuum contraxisse: breuiter, non tam ad *obligandi efficaciam* in genere desideratur versionis probatio, sed ut constet, hoc nomen *ecclesiam* tangere, id quod tunc certum est, si ipsa ecclesia contrahit; sed dubium, si *administratores*, quippe qui fingere possunt, se nomine *ecclesiae* accipere mutuum, cum potius proprio nomine id acceperint.

Probanda est  
versio, si per  
administra-  
torem vel so-  
lum prela-  
tum mutuum  
acceptum.

§. X. Tertius & quartus casus est, si *prelatus* sine capitulo vel *administratores*, nomine *ecclesiae*, pecuniam mutuam accepterint, quo casu omnes fere consentiunt, non aliter mutuum stringere ecclesiam, quam probata versione. TRENTACINO l.c.n.1. ENGEL. de priuile. monast. priu. 43. BERLICH. cit. dec. 301. B. STRYK. l.c. adeo ut ab hac probatione non liberetur creditor, si vel maxime chirographo administrator vel *prelatus* confessus fuerit, in utilitatem ecclesiae hanc pecuniam acceptam fuisse. TVRICELLVS de reb. eccles. non alien. c.30. n.31 TRENTACINO l.c. n. 2. quia tali confessione ecclesiae praedicare nequit, nisi alia adminicula concurrant. TVRICELLVS cit. l.n.32. Evidem si indistincte argumentum a ciuitatibus & pupilli ad ecclesiam valeret, res omni careret dubio; ast quia contrarium saepe iam adstruxi, ab hoc argumento abstinebo, ex legibus ipsis rem explicaturus. Secundum has duo distinguendi sunt casus: aut ecclesia est obserata admodum, ut ad alienationem bonorum ecclesiasticorum deueniri debeat, aut aliunde debitum solui potest. Illo casu certum est, creditores ante omnia versionem probare debent, id quod satis evidenter ex cit. auth. hoc ius porrectum C. de S. S. Eccl. colligitur, & si ne dubio ideo constitutum est, ne facile ad rerum ecclesiasticarum alienationem deueniat, quae regulariter prohibita est. Hoc casu vel *administrator* aut *prelatus* habet mandatum, vsque ad certam summam, pecuniam mutuo sumendi, aut non; Priori casu simpliciter ecclesia obligatur, quod colligitur ex c. 4. X. de fidei. vbi interdictum religiosis, qui forsitan res monasterii administrant, mutuam

ac-

accipere pecuniam *ultra summam communis prouidentia constitutam*; ergo si ad eam summam v. c. 200. thalerorum acceperit mutum, ecclesia inde vel ideo obligatur, quia mandatum ad contrahendum habuit: si summam excessit, non, nisi probata versione, obligatur. Si deficit tale mandatum, aut *viuente* adhuc *prælato*, vel *administratori* agitur, aut *eo mortuo*: illo casu ipse administrator vel *prælatus* opponere nequit hanc exceptionem. B. STRYK. cit. l. §. 38. TRENTACINQ. l. c. n. 5.. Hoc vero probationem versionis necessariam esse arbitror, maxime ob c. i. X. de solu. vbi dicitur, quod *prælatus* sui *prædecessoris* debita *pro ecclesiæ necessitate contraria* soluere debeat. Fundamentum obligandi successorum hic collocatur in eo, quod *debitum pro ecclesiæ necessitate contrahendum sit*, id quod *in facto* confitit, & ab alle-gante probandum est, qui est *creditor*, id quod si *in prælato*, qui liberorem adhuc habet contrahendi potestatem, iuris est, multo magis in *simplici administratore* obtinere debet, vt si vel ipse vel ecclesia ex mutuo *antecessoris* conuenientia, agenti exceptio obster.

§. XI. Denique vitimus casus est, si *debitum est contractum per aliquem ex clero nomine ecclesiæ*, qui tamen *administrator* haud est dicendus. Huc referri potest, si *canonicus* intuitu sui *beneficii*, si *pastor ruralis*, si *patronus*, ut *intuitu ecclesiæ* mutuum pecuniam sumit, ex quo nullo modo ecclesia obligatur, quia non cum *ecclesia*, sed cum *cetera persona* creditor *contraxit*; nisi forsan probatum fuerit, *quam pecuniam in ecclesiæ utilitatem conuersam fuisse*, quales est sensus c. i. X. depos. obseruante GRANNANIETO ad cit. c. i. n. 3. Deposuerat enim quis pecuniam apud certum clericum, qui nomine ecclesiæ illam suscepserat, pecunia fraude depositarii sublata, deponens ecclesiam obligatam esse credebat, quod recte negabat pontifex, addita limitatione, *nisi de versione in utilitatem ecclesiæ constaret*, quo probato, ecclesia, meo quidem iudicio, non actione de-

po-

positi, ut GRANNANETO cit. l. n. 4. censet, sed de in rem verso tenetur.

An in aliis  
contractibus  
quoque ver-  
sio probanda.

§. XII. Atque hæc quidem sine dubio obtinent in mutuo; ad alios contractus an hæc doctrina extendi possit, non satis liquet; Qui hanc quibuscumque contractibus applicandam censent, potissimum se fundant in c. 4. X. de fidei. &c. i. X. depos. indeque inferunt, etiam in deposito & fiduciis hanc exceptionem admitti, multo magis ergo in aliis contractibus, in quibus ecclesia ad suam utilitatem contrahit. Sic comparans rem ecclesie, aiunt, non aliter in tutto versari potest, quam si, obseruatis solennibus, sollicitus sit, vt pretium in eam necessitatem, ob quam venditio facta est, conuertatur, per auth. hoc ius porrectum C. de SS. Eccl. TVRICELL. de reb. eccl. non alien. c. 30. n. 22. GALES. ad l. 1. C. de SS. eccl. n. 103. Alii hoc casu distinguendum esse censent, utrum alienatio fiat ex causa voluntaria an necessaria? vt hoc casu tantum emtor sollicitus esse debeat de versione in eius utilitatem, non illo, si forsitan ob solam ecclesie utilitatem alienatio facta est, MERLIN. dec. 119. n. 13. BVRAT. dec. 714. n. 1. Alii prouersus negant, ad alios contractus hanc doctrinam applicari posse, alii aliter. vid. TRENTACINQ. l. c. n. 9. seqq. B. STRYCK. in V. M. tit. de reb. cred. §. 25. BERLICH. dec. 302. Dn. LYNCK. in comm. ad ius ciu. tit. de reb. cred. §. 27. Ut ex his ambiguitatibus me expediam, rursus casus inducitur ad dubium distinguo. In casu alienationis, ob ea alienum, certo iure constitutum est, sollicitum & curiosum emtorem esse debere, vt pecunia in necessitatem eam, ob quam alienatio facta, vertatur, per cit. auth. ibi: prelio modis omnibus pro debito dando, aliter enim res emtori non conceditur, & hoc inscribatur ad emtoris securitatem, nibile esse fidum in ea re ad damnum diuine domus. Id sine dubio peculiariter constitutum est, vt alienatio rerum ecclesiasticarum, quantum fieri possit, restringatur, & præcaueatur. Quoad alios contractus, si ipsa ecclesia vel eam representatione, con-

## ECCLESIAE DEBITRICIS.

41

contraxere, nullum dubium est, ecclesiam *simpliciter obligiri* salua restituzione. Si *administratores* vel *solus prelati* contrahunt, v. c. locando, frumentum ecclesiae vendendo, emendo &c. ecclesiam ad hanc exceptionem haud esse admittendam, censeo, cum *administratorum officio ordinarie insit*, ut tales contractus celebrent: in mutuo vel ideo exceptio facta, ne pessimis administratoribus occasio detur, pecuniam fide ecclesie corradendi, eamque postea dilapidandi, quod maxime in prælatis est metuendum, qui luxuriose viuendo, ecclesiam grauissimo ære alieno facile obruere possent, si pro libitu *fide ecclesie* mutuum contrahendi potestatem haberent. Tale periculum ex ceteris contractibus ecclesie non adeo imminent; qui proinde sub dispositione iuris communis relinquendi, quin quod omne commercium cum administratoribus impidiretur, si vbique ecclesia exceptione non factæ versio-  
nis tuta foret. Quod de *depositi causa* ex c. 1. X. *depos.* ad-  
fertur, ab hoc casu alienum est; neque enim, prout iam monui, depositum ab administratore nomine ecclesie, sed ab alio clero erat suscepsum, ex quo nullo modo ecclesie obligari potest, nisi verbo probata sit. Nec causa fide-  
iussionis hue recte trahitur ex c. 4. X. *de fideiuss.* quo reli-  
giosis prohibetur, 1) ne absque maioris partis capituli, &  
abbatis sui licentia fideiubeant, 2) ne mutuam accipient  
pecuniā ultra summam communi prouidentia constitu-  
tam, additurque: *aliоquin non tenetur conuentus pro his*  
*aliquatenus respondere, nisi forte in vilitatem domus ipsius*  
*manifeste consisterit redundasse.* Non tam *casum fideiussio-*  
*nis* quam *mutuum adducta limitatio tangit, cum vix con-*  
*cipi possit casus, quo fideiussio, quæ ordinarie grauat &*  
*onerat fideiussorem, possit in emolumentum ecclesiae red-*  
*undare; accedit, quod ex aliis textibus liqueat, fideiussio-*  
*nem clericis esse interdictam, maxime vero religiosis, ut*  
*pote qui ne quidem liberam amplius voluntatem habent.*

F

§. XIII.

Versionem  
probare de-  
bet creditor.

Adeoque ex-  
ecutione  
procedi ne-  
quit.

An exceptio  
non numerata  
pecunia  
ecclesiæ per-  
petuo com-  
petat.

§. XIII. Quando ergo exceptio non factæ versionis ecclesiæ competit, (1) creditor ante omnia eam probare debet per auth. cit. hoc ius porredum, quæ probatio quomodo ineunda sit, plenius docuit & illustrat B. STRYK. in V. M. ad tit. de reb. cred. §. 6. seqq. Hinc (2) exceptio hæc impedit, ne ex instrumento guarentigato contra ecclesiam executiue procedi possit, quia antequam versio probata fuit, chirographum non est liquidum. Et quamvis Dn. BERGER. in elect. proc. execut. §. 14. contendat, pupillum ex instrumento a tutori subscripto, executiue conueniri posse, quia pupillus regulariter ex facto tutoris tenetur; de hac sententia tamen dubitandum, quia iuris certissimi est, pupillos ex mutuo a tutori contracto, non aliter teneri, quam versione probata, quæ exceptio tamdiu processum executiuum impedit, & recognitionem suspendit, donec creditor versionem probauerit. Atque (3) hæc exceptio perpetuo ecclesiæ competit, tum, quia nullibi reperitur ad certum tempus restricta; tum quia exceptiones regulariter sua natura perpetuae sunt. l. 5. inf. D. de except. dol. mal. & met. Neque enim, quod nonnulli contendunt, hæc exceptio conferri potest cum non numerata pecunia exceptione, quæ intra terminum biennii est inclusa, cum ecclesia, hac exceptione vtens, non neget pecuniam esse solutam aut numeratam, sed versionem eiusdem in rem suam impugnet, quæ toto cœlo diuersa sunt. TRENTACINQ. cit. l. n. 15. seqq. Denique (4) si creditor in probatione versionis deficit, ecclesia absoluitur, regressus rei referuatur contra administratores. Nou. 7. c. 6.

§. XIV. Præterea singulariter (II) ecclesiæ indulgent exceptionem non numerata pecunie, quæ quamvis alias ad biennium restricta sit, ecclesiæ tamen perpetuo indulgent. Ita censem MANZIVS in fpecial. iure comm. voce ecclesiæ fauor n. 32. & voce pia caufa n. 27. & voce piorum locor. fauor. n. 7. BALDVUS, ROMANVS, HOSTIENSIS, ANGELVS, FELINVS, aliquique allegati a TRENTACINQ. l. c. n. 16. Duo omnino sunt argumenta, quibus hanc sententiam mu-

muniunt: primum est, quod minori perpetuo competat hæc  
exceptio *I.f. C. in quib. caus. in integ. ref. non est necess.* cui  
quoque ecclesia æquiparari debeat. *c. i. X. de refit. in integr.*  
Alterum est, quod lege ciuili hæc restitutio inualuerit, quæ  
non ligat ecclesiam. Recedit ab hac sententia **TRENTA-**  
**CINQ.** *I.c. quod 1) Imperator ex sola æquitate hanc exceptio-*  
*nem priuilegiorum inuenierit, ergo si ecclesia vult ut isto*  
*priuilegio, debeat ea vi cum sua causa; 2) quod quando*  
*lex ciuilis aliquid inducit, & non reperitur aliud statutum*  
*in materia spirituali, aut ecclesiastica, attendatur ius ciuile,*  
*a quo hoc casu non recessit ius canonicum. Nec hic admit-*  
*tendam esse censet comparationem ecclesiæ & minoris, quia*  
*contra ecclesiam ait, currit prescriptio, & non contra minorem*  
*donec est maiorenus.* Rursus tamen non desunt, qui iure An contra  
esse statuunt, scilicet implorationem officii iudicis, quod tan-  
nū officium  
quam egregium aliquod inuentum laudandum, commen-  
dandum & notandum esse exclamant, teste **TRENTAGINQ.**  
*I.c.n.17.* Aiunt: quotiescumque lege ciuili prohibente non  
potest opponi exceptio, tum datur *officium iudicis*, ecclesiasti-  
stici scilicet, qui pro *peccato evitando* imploratus generatim  
succurrit. Hoc est illud egregium remedium; quod extol-  
lunt & prædicant, sed quod protestantes imprudenter  
commendant. Certe ad consistoria nostra non datur re-  
cursus, quia reuera contra principem, legum auctorem, tale  
refugium consistoriorum præberet, quod ei haud est integ-  
rum: nec nostra consistoria sunt talia iudicia, in quibus  
pro saluanda conscientia, *remedii coadiuvi & externi*, more  
pontificiorum, utimur. Neque *officium iudicis*, quod vo-  
cant, in foro seculari implorari potest, cum iudex secularis  
non possit contra leges succurrere, qui minister non arbiter  
legis est, nec hoc ipsum patroni huius cautelæ intendunt,  
qui sub *iudice ecclesiastico* intelligunt, ergo hanc caute-  
lam & foris nostris merito abesse jubemus.

Fundamenta  
affirman-  
tium, prædi-  
ctam exce-  
ptionem per-  
petuo ecclie-  
sis compe-  
tere.

Argumen-  
tum ab exce-  
ptione ver-  
fionis de-  
finitione ex-  
aminatur.

§. XV. Videamus, an duo illa fundamenta stringantur, quæ in favorem ecclesiæ excogitata sunt. Posterius merito repudiamus, vt pote persuasissimum habentes, in foris nostris leges etiam ciuiles stringere ecclesiam, nisi hæc excepta doceatur. Prius alicuius roboris esse videtur; licet enim argumentum a minoribus ad ecclesiam in vniuersum non probem, admittendum tamen illud in materia *restitutionis in integrum*. Olim currebat hæc exceptio contra minores, sed restituebantur in integrum. Hoc correxit IUSTINIANVS in c. l.f. vi ipso iure tuti sint, melius etenim est, ait, *intacta eorum sura seruari, quam post vulneratam causam remedium quærire*. Idem etiam applicandum videtur ad ecclesiam, quæ itidem contra lapsum huius biennii in integrum restitu potest, vt minor, adeoque, quod hoc casu *minoribus* indultum, non potest non quoque ecclesiæ tributum esse. Verum hæc forsitan ratio diuerificatis allegari posset, quod minor, quādū minor sit, semper restitui possit, & sic consultius visum fuerit, cursum biennii interim suspendere; ast ecclesia non semper restitui potest, sed tantum intra quadriennium, a tempore *lessonis*. Si ergo pecunia ipsi non est numerata, & biennium est lapsum, ab illo tempore lessio emergit, & sic intra quadriennium restitutionem petere deberet, postea autem excluderetur. Accedit, quod respectu *minoris*, hæc exceptio non *perpetua*, sed tantum intra tempora minorenitatis quiescat, mox autem currere incipiat, ab eo tempore, quo 26. annorum attigit. Posito igitur, minorem viginti annorum chirographum alicui dedisse, sed pecuniam non esse numeratam, tantum intra quinquennium suspenderit hæc præscriptio, quo finito, currere incipit. Id vero ad ecclesiam applicari inequit, quæ statum nunquam murat, sed restitutio ecclesiæ intra quadriennium non denegatur. Sed nouo ytitur argumento BRVNNEM. in iur. eccl. Lib. II. c. 15. §. 27. si visio est probanda, utique etiam numeratio, nam sine numeratione visio esse nequit. Ad hoc regero i) non ubi que

que versionem esse probandam, quid enim si ecclesia per se contraxerit? hoc casu uti poterit exceptione non numeratae pecunie, sed non probanda versionis. 2) si hac exceptione vti potest, non necesse habet, exceptionem non numeratae pecunie opponere, quo ipso sibi admodum praejudicaret. Nam in illa creditor probare debet versionem, in hac ipsa ecclesia debitrix docere deberet pecuniam non esse numeratam, cum contrarium ex chirographo adpareat, ad eoque onus probandi in eam deuoluatur per l. 25. de prob. l. 13. C. de non. num. pec. l. 2. C. si pign. conu. l. 1. C. de condic. ob turp. cauf. Dn. ZOLL. de exc. non. num. pec. c. 5. nisi forsan causa debendi in chirographo non esset expressa, quo casu demum onus probandi in creditorem deuoluitur l. cit. 25. inf. l. 2. §. 3. de exc. dol. mal. de quo casu accipi debent l. 3. & 10. C. de non. numer. pec. quas D'd. alias generaliter ad quemcunque casum, contra rationem iuris, applicant.

S. XVI. Tribuunt porro (III) ecclesiæ exceptionem An competat particularis solutionis, argumento a libertate desumpto, in cuius fauorem particularis solutio creditor iuinito obrudi ecclesiæ beneficium potest l. 4. §. 6. de flar. liber. BARBOSA de iur. eccl. lib. II. c 13. n. particularis solutionis. 54. Sane si alii deest argumentum, de veritate sententiae dubito, cum iam aliquoties adstruxerim, argumenta a liberte- tate aliisque fauorabilibus causis, satis esse infirma, cum causa priuilegiatae haud admittant extensionem. Non inuidendum est ecclesiæ hoc beneficium, sed nec nostrum est noua beneficia ultra legum determinationem, quæ hic deficit, inducere. Facilius sine dubio ecclesiæ occurri posset, si principis rescriptum id ipsum specialiter ecclesiæ tribuat, id quod facile ab eo impetrabitur, contra diores creditores, iuri suo nimis rigorose contra amorem & pietatem insistentes. Sed sine tali rescripto iudicis inferioris non est, in sententionando creditorem ad particularem solutionem accipendam adstringere. Nec enim audiendus BARBOSA, quando l. c. ait, quod ecclesia, quæ contraxit debitum

pro viuitate & necessitate videatur illud contraxisse pro libertate & redēmptione animarū, a manib⁹ diaboli, quod vivos, & a pœnā purgatorii, quoad mortuos, quæ ratio sane indigitat, vnicē in fauorem clē iorū tale debitum contractū præsumi, vt pote' quorum fingitur esse, e manib⁹ diaboli animas post mortem redimere.

An contra ecclēsiā cestet conditio indebiti.

§. XVII. Contra indebitum solutum (IV) ecclesiis tribuunt exceptionem non competentiā actionis, nisi soluens ex tali solutione ad paupertatem reduceretur. BARBOSA l. c. 32. MANZ. in spec. iur. comm. voce pia causa n. 13. p. 275. Fundamenta huius sententiae desumuntur. (1) ex autb. similiter C ad L. Falc. vbi cauetur, ne Falcidia detrahatur in legatis ad pias causas; verum a cessante Falcidia, ad cessantem conditionem indebiti, est argumentum magis lepidum, quam solidum. (2) ex §. 7. I. de oblig. quæ qs. ex contr. nasc. vbi denegatur conditione indebiti in legatis ad pias causas; verum a) ex textu euident est, non absolute conditionem indebiti denegari, sed tunc demum, si heres per mendacium negauerit, aliquid ecclesiæ esse relictum, idque in pœnam mendacii, extra quod non denegatur repetitio, etiam in legatis ad pias causas. (3) Non omne, quod in legatis ad pias causas leges singulariter constituere, ad nomina ecclæsiastica trahendum, ne peccemus contra l. 14. D. de LL. (3) Forsan argumentum solidius desumi posset ex præsumta donatione, quæ ex pietatis respectu nascitur l. 32. ff. de condit. indeb. Sed qui soluit, non habet animum donandi, qui in dubio non præsumitur. Nec talis pietatis respectus hic adeſt, qui in cit. l. supponitur, quæ ibidem σοργὴν naturalem denotat, unde alias leges animalium donandi inducunt l. 34. D. de neg. gest.

Habet ecclēsia debitrix beneficium usuratum minorum.

§. XVIII. Rectius sine dubio (V) ei tribuitur beneficium usuratum leuiorū seu minutarū, quando ære alieno admodum obruta est. Quod si enim creditor debitum vrget, & ex mobilibus debitum solui nequit, res immobiles creditori dari possunt specialiter pignori, quarum fructus cre-

creditor sibi reputet tam in sortem quam usuras, usque ad quartam centesime. Ita dispositus IUSTINIANVS in auth. hoc ius porrectum C. de S. S. eccl. & in fauorem ecclesiæ singulariter usuras ad quadrantes (3. pro cent.) restrinxit, ut eo facilius ex reddituum perceptione debita ecclesiastica tolli possint. Pro subleuanda enim inopia debitorum, principi ius competit, non tantum usuras præteritas, sed etiam futuras, ex iusta causa, minuere, & acerbitate creditorum ex humanitate temperare. MEVIVS in disc. levam. inop. debit. c. 4. sec. 6. n. 6. prout factum esse appetat in R. I. nou. de a. 1654. §. 173. seq. multo magis ergo ecclesiæ depauperatis succurrentum fuit, in quibus maior ratio, quam ceteris debitoribus, occurrit. Vnde & cit. R. I. §. 174. in f. ab ordinario usurarum cursu excipiuntur causæ piæ, salvo tamen arbitrio iudicis, quod explicat & illustrat HAHN. in pec. tr. ad cit. R. I. §. 170. seq. p. 453.

§. XIX. Quod si creditor bona ecclesiastica, sub his conditionibus oblata, accipere nolit, distrahenda sunt, & ciuium datum emtore non reperto (VI) ecclesiæ datum est beneficium nisi. dationis in soluum, in cit. auth. vbi ita: *emtore non inuenio, res assimilata districte creditori detur in soluum*, sine villa scilicet nous interueniente solennitate, vt pote que iam ante, vbi ad distrahendum publice proposita erat, interuenierat. Sed beneficium hoc ecclesiæ haud est proprium. Aliis iam dudum debitoribus quoque idem communicatum est in Nou. 4. c. 3. in eodem casu, vt si emtor rerum immobilium repertus non fuerit, secundum quantitatem debiti dentur in solutum, vt tamen creditori salus sit electio, quasnam res in solutum accipere malit, quod confirmatum est in R. I. de anno 1654. §. 172. In hoc forsitan posset ratio diuersitatis adferri, & quidem ex ratione rerum ecclesiasticarum, que liberae dispositioni minime ita subsunt. Colligo id ipsum ex processu, quem cit. auth. hoc ius porrectum, prescribit in jungitque. Iubet (i) debitum solui ex mobilibus, id si fieri

ne-

nequit; (2) res immobiles specialiter dandæ sunt pignori, ut fructus inde creditor percipiat, id vero non potest fieri sine causæ cognitione huc vergente, vt inquiratur, an debitum vrgens ad sit? an res sit alienanda? vel oppignoranda? quæ sit oppignoranda? Ergo Consistorium decernit, quænam sit oppignoranda. Si pignori rem talem accipere nolit, (3) hæc subiicienda est, & denique (4) emtore non reperio, creditori in solutum danda. Sed adhuc evidenter restrictior potestas circa electionem rerum alienandarum ex primitur his verbis: *Sit tamen ea res mediocris, inter ceteras, inspecta ipsius quantitate & qualitate & onere.* In hoc ergo priuilegium habet ecclesia, quod res in solutum dandanon permittatur electioni creditoris, vt in aliis debitoribus alias juris est, BRVNNE M. lib. 2. iur. eccl. c. 15. §. 30. quod expressius adhuc in Nou. 120. c. 6. §. 2. in f. declaratur, his verbis: *quod autem præbeatur in hoc immobiliis res, non per electionem creditoris detur, sed secundum aequitatem: aliud quidem fructiferarum, aliud vero possessionum sterilium eiusdem venerabilis domus.*

Item cessionis beneficium.

§. XX. Denique (VII) tribuunt etiam ecclesiæ obæratæ beneficium cessionis & competentie, si ad concursum prouocare malit, id quod facere potest. BRVNNE M. de concurs. cred. c. 1. §. 5. ibique B. STRYCK. in notis, voce ecclesiæ. Quod bonis cedere possit, non adeo dubium habetur videotur, quamvis enim contra squalorem carceris hoc beneficio non indigeat, liberanda tamen a molestiis creditorum, vt ait B. STRYCK. l.c. Imo hoc quoque conuenit iustitiæ, quam ecclesia in primis ob oculos habere debet; ne alias, qui prærogatiuam quandam in solutione habent, cessione non facta, postponantur. Moto itaque concursu, bona ecclesiastica hæc subiicienda sunt, decreto interueniente, aliisque solennibus adhibitis, de quibus interpretes plenius agunt, ad tit. X. de reb. eccl. non alien. Speciatim vero hanc materiam excutient TURRICELLIUS & REDOANVS. Generatim

hi

hi inter causas iustæ alienationis referunt *as alienum*; quæ  
eo magis necessaria est; si preterea concursus motus fuerit,  
quamvis etiam in hac alienatione solennia non sint negli-  
genda, obseruante B. STRYKIO ad BRVNNEM. tr. de conc. cred.  
*i. c.* de quibus tamen hic agendi non est locus. In quem fi-  
nem autem ecclesia, tanquam quedam universitas, indigeat quem finem  
beneficio *competentie*, non adeo liquet. Si dicis, clericis esse ei benefi-  
cacia vita alimenta relinquenda, facile in suspicionem  
deduci possumus, nos quoque ecclesiam constitutæ in ele-  
rica. Vnde res hoc modo temperari potest. Aut funda-  
tiones sunt destruæ v. c. monasteria, aliae sodalitia, quo  
casu non supersunt, quibus de necessariis vitæ profaci-  
endum est, sed bona simpliciter creditoribus sunt ceden-  
da; aut vero ecclesia adhuc salua sunt, & functiones ec-  
clesiasticæ necessariae, quo casu æquum piumque est, ut re-  
ditus necessarii relinquantur ministris ecclesiæ, si aliunde  
eis profaci nequit, veluti si parochiani quoque depaupe-  
rati sunt. Nec enim serendum admittendumque, ut eccle-  
sia prorsus destruatur, quo creditoribus satisfiat; id quod  
non tam ex beneficio *competentie* fieri credendum est, sed  
potius ideo, ne ecclesia destruatur, reipublica maxime ne-  
cessaria, cui priuata commoda cedere debent: nisi forsitan  
ecclesia, die Gemeinde, alii commode vñiri possit, tunc enim  
cessat omnis ratio, ob quam creditoribus satisfactio dene-  
gari debeat, etiam de iis bonis, quæ ad sustentationem pa-  
storum destinata sunt, de quo consistorio arbitrium relin-  
quendum. Nam inter *iustas* vñionis causas etiam referunt,  
si ecclesia debitæ & oneribus intolerabilibus grauatur, pro-  
pter quæ etiam beneficia supprimi queunt. TURRICELLIVS  
*de vñion. benef. c. 8. n. 6.* DN. SCHLEVOGT. *de vñion. eccl. p. 26.*  
*seq.* Ex quo patet, minime beneficium *competentie* hic alle-  
gari posse, sed aliunde hanc rem estimandam esse.

§. XXI. Quemadmodum itaque ecclesia debitrix va-  
riis munica est priuilegiis, contra crediteores intuitu inpri-  
mis sicut debitrix

G

An vaseat  
contra ecclæ  
mis sicut debitrix

**eem pactum  
de ingredi-  
endo.**

mis rerum ecclesiasticarum, quæ sedula cura conseruan-  
da sunt; ita pacta, quæ creditores in bonorum grauamen  
ad dicere solent chirographis, intuitu ecclesiæ reprobant,  
quorsum referunt pactum de ingrediendo. l.3. C. de pign. Hoc  
contra ecclesiam debitricem non valere ajunt, propter re-  
rum ecclesiasticarum fauorem, ac tuitionem, quæ Deo sunt  
consecratae, & ad ius sacerdotium vel Dei spectant c. 3. c. 12.  
g. 2. MANZIVS in spec. iur. com. voc. ecclesia fauor. n. 71. Ratio  
adducta magni momenti esse videtur, interim a supersticio-  
ne hand est aliena. Proinde rem aliunde aestimamus. Omne  
pactum de ingrediendo regulariter presupponit hypothecam  
specialiem vel generalem. Generalis quidem in bona eccl-  
esiastica constitui potest, sed non pignus, nec quod iuri pi-  
gnoris simile est, quale retuera est pactum de ingrediendo,  
quippe quod tribuit facultatem, ut statim auctoritate iudi-  
cisi possessionem adipisci queamus. Cum ergo ad alienatio-  
nem, vel quod alienationis simile est, tendat, de iure alter  
subsistere nequit, quam si prævia causa cognitione & de-  
creto magistratus hypotheca specialis cum hoc pacto cre-  
ditori sit tributa, quo casu iuxta analogiam iuris demum  
effectum suum haberer.

**An ecclæsiæ  
heres, negle-  
cto inuenta-  
rio, teneatur  
ultra vires  
hereditarias.**

§. XXII. Denique ecclesiæ, quatenus heres est, circa  
nomina, in hereditate reperta, iura singularia adsignant. Her-  
es cum defuncto habetur pro vna eademque persona, & ad  
omnes alienum tenetur, si vel maxime vires patrimonii  
transcenderit, si absque beneficio inuentarii hereditatem  
adeat. l. f. C. de iur. delib. N. 1. c. 2. §. 5. I. de hered. qual. & diff.  
LAVTERDACH. de inuentari. hered. §. 23. Ecclesiæ heredem ab  
hac regula excipiunt, quam, etiam si beneficio inuentarii vsa  
haut fuerit, ultra vires hereditatis, non teneri asserunt.  
TYSCH. lit. H. concl. 58. n. 24. ex hac ratione, quod mil-  
ites hoc iure singulari gaudeant iuxta l. f. C. de iure delib. inf.  
quorum iura ecclesiæ quoque communicata esse arbitran-  
tur secundum sententiam BARBOSÆ lib. II. iur. eccl. cap. 13. n. 3.  
seq.

*seq.* Hoc tamen argumentandi genus illicitum esse, sapientius iam dixi: non est nostrum priuilegia vltra tenorem juris extendere, præfertim cum ne quidem priuilegium hoc, quod militibus *in cit. I. f.* tributum, non omni contradictione vacet, ob *Nou. i. c. 4. in f.* vbi lex communis de beneficio inuentarii ad omnem personam, etiam militarem & sacerdotalem, est extensa. Interim tamen alia ratione iura ecclesiæ salua & intacta præstari possunt. Nam) in plerisque locis inuentarii vicem subit *specificatio iurata*, habetque effectum inuentarii, sub qua ecclesiæ quoque possit esse tuta, vel si de praxi vniuersali huius dogmatis dubitatur, non tamen 2) omissione beneficii præjudicat ecclesiæ, quæ, si hereditas non soluendo reperitur, facile impetrare potest restitutionem in integrum contra aditam hereditatem, quia sic de leſione manifestissime constaret. Plura adhuc a Dd. adseruntur vel potius singuntur iura singularia, quæ examinare & recoquere nolo, cum secundum asserta fundamenta facile diiudicari possint.

## F I N I S.



NOBL.



NOBILISSIMO  
DN. RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

**L**iberatem ecclesiæ quoniam aulæ Romanæ proceres adeo extenderunt, & omnibus laicis inculcandam esse censuerunt, ut vel ad articulos fidei hoc dogma retulerint, & grauissimæ hæreseos eum postulauerint, qui aliquid ei contrarium assertere auderet. Neque vero tantum libertatem in independentia ab imperio ciuili, aut immunitate

\* ) o ( \*


nitate ab oneribus publicis, aut iure asylī quæ-  
siuere, sed generatim sub illius prætextū omnia  
repudiarunt, reprobarunt, damnaruntque,  
quæ illorum vtilitati priuatæ officiebant, pri-  
uata commoda impediebant, vtut legibus  
essent conformia, & intercedebant, ne cleri-  
ci omnia ad se raperent. Si ecclesiis quid le-  
gabatur, vel aliter acquirendum erat, quod  
iure subsistere non poterat, simpliciter vale-  
re debebat, quia leges contrariæ non pote-  
rant præiudicare libertati ecclesiasticæ, quæ  
eam exlegem constituebat. Si aliquid debe-  
bat, vario libertatis prætextu se a nexu sol-  
uendi immunem præstare contendebat. Si  
quid ei debebat, rursus eodem libertatis  
prætextu infinita priuilegia affectabat, ne pe-  
cuniæ amittendæ periculo exposita esset. Ita  
clericī, iuris ecclesiastici consulti versutissimi,  
censebant, ita laici, quibus gloria parendi  
erat relicta, quique sub poena excommuni-  
cationis nihil contra libertatem ecclesiæ au-  
dere vel asserere poterant, censere debebant.  
Ex hac temporum miseria tot erroneas pro-  
fluxisse opiniones, vel hac dissertatione, no-  
bilissime Dn. Respondens, ostendis, in qua  
ea

\* ) o ( \*

ea libertate contra falsæ libertatis ecclesiasticae assertores vsus es, quæ quondam maioribus nostris erat ademta. Modeste indicas fontes erroris, & ne in ecclesiis protestantibus latius serpent, præcauendum censes, quod institutum, prout par est, omnes tecum approbabunt. Simul eruditionis Tuæ, per aliquot annorum spitia comparatae, edis insigne specimen, & ita publico documento comprobas, Te otio tempus, studiis destinatum, haud triuisse. Gratulor Tibi e nomine ex animo, & ominem Tibi, ad ulteriores progressus, appreco gratiam diuinam, ut, sicuti hac dissertatione fecisti, in posterum quoque monstres, Te non simulatam sed veram profiteri philosophiam. Dab. d.  
8. Oct. 1716.







**ULB Halle**  
002 187 06X

3



56



B.I.G.



DISPV TATIO IVRIDICA  
DE  
**NOMINIBVS**  
**ECCLESIASTICIS**  
von  
Activ- und Passiv- Kirchen Schulden,  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DOMINO CAROLO**  
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE  
BRANDENB. RELIQUA  
IN REGIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE  
**DN. IVSTO HENN. BÖHNERO,**  
ICTO, COM. PAL. CAES. REG. MAIEST. CON-  
SILIARIO AVLICO, PROFESSORE IVRIS ORDI-  
NARIO H. T. DECANO  
IN AVDITORIO MAIORI  
DIE OCTOBR. A. MDCCXVI.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
**CHRISTIANVS NICOLAVS Scheller,**  
SCHWARTZBURG.  
HALAE MAGDEBURGICAE,  
OPERIS GRVNERTIANIS. Recusa 1732.